# יהוה
# ENCHIRIDION,

*S E U*

## MANUALE HEBRAICUM

Ad usum Regii Seminarii Matritensis

*IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM*

Quarum altera Grammaticam cum aliquot Dissertationibus continet; altera utrumque Lexicum, Hebræum, & Latinum.




*A U C T O R E*

## P. DIDACO DE QUADROS

SOCIETATIS JESU

*Matritensi, olim Philosophiæ, & Theologiæ Professore Primario; nunc in Imperiali Collegio Matritensi SS. Bibliorum, & Linguæ Hebraicæ Professore.*








ROMÆ, Typis Antonii de Rubeis in via Seminarii Rom. propè Rotundam. MDCCXXXIII.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

Regio, Clarissimoque Matritensi

# JUVENTUTIS HISPANICÆ SEMINARIO.






DIDACUS DE QUADROS
FELICITATEM.



*Cum ego ille sim, Nobilissima mihi, atque prædilecta Juventus; qui sex abhinc annis, sorte faustissima, ore simul, & calamo Cœtus vestri natalitia præclara toti Orbi terrarum edixerim, in literisque vestris*

*(Deo dante) lapidem jecerim angularem; nequeo ad vos non venire ad delicias undique meas, dum video vestram illustrem propaginem, & fæliciter insitam, & tam gloriosam adolevisse. Cumque rursus ille ipse sim ego, qui in prima vestra erectione, præter Biblicas Literas, Hæbraicas quoque in Domo vestra jussus sim explanare; facile est intelligere, iisdem ipsis hoc opus fore meritò nuncupandum in typis, quibus ab exordio destinatum est. Propterea existimo, Juvenes florentissimi, non posse vos, pro vestra humanitate, non suscipere ex me munusculum hocce, quod vobis, tum meus amor, tum mea officiositas peperêre. Quod si vos ipsi, ut confido, benigne excipere non dedignamini, illicò grande est: atque mei erga vos amoris magnitudinem cumulatissimè testabitur. Porrò ipse non poteram deesse huic officio meo, quo simul & vos dulcè salutare, & plurimùm demereri studerem: simulque & Comprofessores olim benignè complecti, & Rectorem vestrum, Ma-*

gi-

*gistrum in Philosophicis quondam meum; summopere revereri. Quippe, ut inquit Horatius*, Si malè rem gerere insani est; contrà, benè, sani: *non enim facilè poteram in adeo clarum utrumque hominum genus officii mei partes dedidicisse. Fateor, certè nimis vetusta sunt, quæ decrevi tenerrimis flosculis consecranda; sed præterquamquod æquum est, ut nova, & vetera Christiano apothegmate consocientur; perspicuum etiam est, pervetusta non vetustioribus renovari; sed & insuper nemo inficiabitur, in literis quidquid elementario more pergit, vestrum esse futurum: neque mei esse unquam potuit alienas areolas carpere, sed ex hortulo ipso meo, vobis hunc manipulum religare.*

*Quod quidem eò præsto libentiùs, atque jucundiùs; quo intueor in isto celeberrimo Seminario progressus mirificos, & totius Regni columina multùm præclara; ut meritò dixerit Orator ille, hujuscemodi Seminaria esse* bonorum omnium

 se-

ſemina, caſtra Dei, renovationem mundi, & reipublicæ fundamenta; *eorundemque prænobiles Itali Poſſevinus, et Pignatellius præcones excelſi fuerint. Quare cum Parmenſe Seminarium, in quo pietate, armis, & litteris tricolorem Iridem Ranutius primus delineavit, admodùm floreret; noſter Ricciolius grande opus ſuum Chronologicum ejuſdem Convictoribus dedicavit. Non ſecus ego ſpontè, & volupè ad vos confugio, ex quibus jam cerno toti Hiſpaniæ tantum gaudii, quantum admirationis multiplicis emanaſſe. Manipulatim creſcitis, Nobiliſſimi, pretioſuſque numerus ita certatim amplificatus eſt, ut nedùm unam domum præ anguſtiis brevì reliquerit; ſed & quam occupat, cogat hinc inde parietibus dimoveri: inſuperque Muſæum ampliſſimum ſtraxerit ſibi jam jam occupandum. Philoſophica certamina inardeſcunt, Literæ humaniores flagrantiſſimè diſcutiuntur, Juridica & Mathematica inſtillantur, Ars gladiatoria, muſica, &*

*quæ*

*quæ pedes ad choreas instruit, multo plausu conspicitur. Sed omnia condit pietas, morigeræque Juventutis celsa institutio, qua bene imbuti alumni qui prodeunt, Civitates complent odore, & fama Societati Nostræ longè gratissimis. Hîc, dum vident Civium filios domum redire, quasi Senatoria gravitate compositos; filios quique suos certatim ad eandem aurifodinam excolendam remittunt. Hîc item dum vident alios in Curia omnibus urbanitatis & officii numeris absolutos; domum vestram jucundissimè visitant, eaque gloriantur. Alibi, videlicet Salmanticæ, & Complati aliqui majores cooptantur in Togas. Denique mari etiam alumni vestri, nobilissimi Equites Melitenses, Mauros, magnis animis insectantur, & forti dextera subigunt.*

*Propter quæ omnia, quæ tam alacri animo recenseo, planum esse jam poterit, quanto cum fœnore meum hocce opusculum vobis metipsis nuncupare decreverim. Sive enim quis ambiat splendorem; unde*

*amplior nitidiorque colligetur, quàm de vestra manu, in qua legere est de Equitibus, Marchionibus, Comitibus, Ducibusque soboles tam praeclaras? Sive operis cupiat notitiam, & extensionem; unde melius quam ex laboriosis apibus de isto alveari prodeuntibus, & quaquaversum toto Terrarum Orbe gloriosissimè volitantibus? Si denique immortalitatem, cui scripta quaeque semper studuisse videntur; unde melius, quàm ex celeberrimo vestro Lyceo, quod vel ex amplitudine redditum, vel ex sumptuositate aedificii, vel ex multiplici surculo proculdubio cognoscitur cum ipsa immortalitate dimicaturum. Igitur, floridissimi adolescentes, quemadmodum in hoc meo conatu amori quidem meo multum indulsi; sic vicissim vos pro vestro in me amore epistolae pariter atque operi indulgere dignemini. Valete.*

FRAN-

# FRANCISCUS RETZ

*Præpositus Generalis Societatis* JESU.

CUm librum, cui titulus: *Enchiridion, sive Manuale Hebraicum &c.* compositum à P. Didaco de Quadros Societatis nostræ Sacerdote, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultatem facimus, ut typis mandetur, si iis ad quos pertinet ita videbitur. Cujus rei gratia has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ 2. Julii 1732.

*Franciscus Retz.*

IM-

*IMPRIMATUR*,

Si videbitur Reverendiss. P.Mag. Sac. Pal.Apostolici.

*N. Baccarius Episc. Bojan. Vicesgerens.*

---

LIbrum perlegi, cui titulus -- *Enchiridion, sive Manuale Hebraicum &c.* per R. P.Didacum de Quadros Soc. Jesu SS. Bibl. & Linguæ Sanctæ Professorem in Imperiali Collegio Matritensi compositum, multo ingenio, studio, & peritiâ elaboratum, eundemque multa laude dignum, tum quod ad Observationes, ad Notationes, ad Regulas, tum in enucleandis difficultatibus, quæ occurrere solent in exercitatione legendi, tum in explicandis Abbreviaturis, quæ passim apud Rabbinos Authores reperiuntur. Ideo cum alioquin nihil legerim, quod sit contra bonos mores, & Catholicæ Religionis splendorem, salvo tamen semper meliori Judicio, Typis edere non dubitarem. Romæ 16. Novembris 1732.

*Ego Bartholomæus Gajus Philos. & S. T.D. & in Archigymnasio Rom. Linguæ Sanctæ Professor.*

---

*IMPRIMATUR.*

Fr. Jo.Benedictus Zuanelli Ord. Præd. Sac. Pal. Apostol. Magister.

P.GA-

# P. GASPARIS ALVAREZ S. J.

Repetitoris Theologi Matritenſis Imperialis Collegii, & Authoris Diſcipuli.

## *EPIGRAMMA HEBRAICUM.*

פָּסוּק

יְהַלֵּל מִזְכוּרִי מְגִלָּה זוֹ לָמָה.
הֲלֹא תְכִידִיוֹתֵר יְשָׁה לָה תוֹדְתָהּ:
מְגִלָּה כֵּן תְהַמּוֹל תְּהִלּוֹת הַסֵּפֶר
יְשׁוֹ לוֹ מֵשִׁירִים אֲשֶׁר יִתֵּן שֶׁפֶר:

Ideſt.

*Tanti decurrant libri mea carmina laudes:*
*Cur? Cum laus melior ſit liber ipſe ſibi?*

*Ergo ſua ipſe liber meritò præconia ſolus,*
*Qui ſe laudando par queit eſſe, canat.*

D. D.

# D. D. FRANCISCI BARBAN

Olim Theologi Alumni in Sacro Monte
Granatenſi, & in Scholis Matri-
tenſibus S. J. Authoris
Diſcipuli.

## *EPIGRAMMA HEBRAICUM.*

פָּסוק

הֲלוֹם יְהִי כָל-שֶׁבָּקוּשׁ
יָדִי הַדְּבָרִים יֵשׁ וְקוּשׁ:

Ideſt

*Hinc quid plura petis? Locuples hæc Pagina clamat:*
*Omnia ſuppedito: nam mihi longa manus.*

D. D.

D. D. JOACHIMI URZUTIALDE,

ET LIZONDO

Collegæ Trilinguis Salmanticensis, & pro Cathedris Philosophicis, atque Hebraica Certatoris: itemque in Scholis Matritensibus Authoris Discipuli.

## *EPIGRAMMA HEBRAICUM.*

פָּסוּק

מְלַמֵּד מְאֹד טוֹב אֲשֶׁר אֶת כְּלִיל עִם כְּתָבִים
מְאַלֵּף הַמִּיכֹל בְּשִׂיאוֹ לְהַלֵּל בְּשִׁירִים׃

וְיַעַן תִּגָּבֵר תְּהִלּוֹת לְךָ יֵשׁ בְּיֶתֶר
וְגָדֵל מְרוֹם זֶה יְהִי אֹמְנָה לִי בְּכַהֶר׃

Ideſt

*Scripta dedit mundo præcellens iſte Magiſter:*
*Quis, quæſo, cumulet laudibus ora ſatis?*

*Aſt dum ſublimis volitat; repeto ipſe libenter:*
*Tollat inorbe caput; ſitque corona mea.*

PRO-

# PROLOGUS
## ad Lectorem.

Rationi consentaneum, Lector amice, procul dubio fore censebis, quòd post nonnulla volumina, in quibus, & dissertationes Biblicas dedimus, & de concertatione scholasticâ nonnihil prolusimus; reddamus modò tibi rationem, quare, hujusmodi lucubrationibus interruptis, ad Hebraica elementa calamus noster tandem convertatur, atque declinet. Verùm, cùm cujusque Religiosi Professoris manus non regatur nisi obedientiâ; & hæc in eo cujuslibet suscepti sui laboris plena sit satisfactio, hanc statim accipito, unde, quæ occurrerint condonatione digna benignè dissimulare non dedignaberis. Porrò cùm Linguæ Hebraicæ notio, & peritia nedum exulet; sed etiam in se horrorem non modicum concitârit, sive ex insito Christianórum stomacho in Judæos, sive ex re ipsa verè arduâ, & spinosâ, sive ex desuetudine, & imperitiâ Hebræorum etiam, in quibus penè mortua est, sive ex inconstantia, & lubricitate

api-

apicum, quibus inhæret; ad hanc eruditionem in Academiis, & Scholis publicis, ex decretis ſanctiſſimis retinendam, aſſumuntur aliquando homines, qui ea in re licèt ſint monoculi; non ſint prorſus cæci. Inter hos ego in his Scholis Generalibus Matritenſibus licèt indignus delectus fui, ut ſimul cum prælectione Biblica hujus Linguæ inſtitutiones aliquas concinnarem. Cumque ad me Sanctæ Linguæ amore perducti nonnulli in facultatibus majoribus jam verſati, imò & unus vel alter Doctoratû inſignitus accurriſſent; cæpi, meliori quô poteram modô, hæc ſtudiola confovere, & eos, quos videbam hujus rei affectu teneri, non territare; ſed ineſcare potius lectitando, & ſcriptitando, quouſque peregrinis characteribus non inſuaviter aſſuefierent.

Poſt hæc vero ecqua foret Grammatica capeſſenda, & explicanda, fuit non modica difficultas oborta: tum propter earumdem Grammaticarum diverſitatem; tum propter penuriam; unde fiebat, ne poſſent ſinguli diſcipuli ſingula habere exemplaria, vel, ſi de aliquâ poſſent, ea quidem commodior eſſe non videbatur. Quo circa in id incubui, ut primo anno Grammaticellam, de aliis aptarem ipſe, & ſcriberem, quam ipſi,

ipsi, calamo exceptam, postea condiscerent, viva voce Magistri non destituti; in qua proinde ea pressius attingerentur, quæ & minus territarent; & penetralia Idiomatis satis nihilominus aperirent. De quibus tamen rursus alia operositas creabatur, ut nimirum Grammaticam sibi quisque vel exciperet ore dictante, vel de alio exemplari transcriberet. Quod præter ea, quæ perpetuò secum menda solet ferre transcriptio; peregrini hìc characteris, & punctuationis causâ vix patiebatur emendatum aliquid resultare, etiam exantlato labore. Quapropter id unum fore reliquum videbatur, ut meo muneri satisfacerem, quòd, videlicet Grammaticella nostra typis evulgaretur, si id ejus merita non recusarent. At nedum illa, (cùm demerita potius essent) fortissimè recusabant; verùm etiam typi deerant. Qui tamen, cùm alibi quæri possent; ibi jam solum hærebat aqua: num videlicet ejusmodi opella foret, quæ posset dignè coram cæteris gentibus volitare? Præsertim cùm me metipsum ipse non nesciam: qui quidem, ne hac in re de audacia, & imperitia jure sim postulatus, ea fateor ingenue, quibus ad hoc opusculum evulgandum sum animatus, in quibus co-

ram

ram exteris modeſtiæ conſulam; ne in campum prodeam ſine præludiis; & ſimul noſtratibus hominibus ſatisfaciam: quippe qui non rarò judicant, nuſpiam inveniri apud noſtros, qui ſciat Hebraice, benè verò qui affirmet; ac ſe peritum jactet & aſſeveret.

Quapropter ut hoc vitium illicò à me depellam, pronuntio ingenuus, quòd mediocris plane homo ipſe ſum in hoc genere, quod ſi per triginta retro annos, à quibus incepi id jugiter excoluiſſem, non per facultates majores Philoſophicas & Theologicas largiter exſpatiatur; potuiſſem fortè modò loqui valentius. Sed tamen ne tenuitas noſtra pateat contemptui; cuncta tentavi, quibus poſſem de me periculum facere: num in re iſtiuſmodi penitus cæcutirent? Igitur triginta abhinc annis Theologus ſcholaris cùm eſſem, ſacræque doctrinæ præcupidus, proprio Marte Alphabeta exarabam, & Grammaticas evolvebam, quouſque Præceptorem nactus Matriti difficiliora loca conſcendi, & ad interiora idiomatis penetravi. Unde ineſcatus ipſe cæpi me metipſum undelibet pertentare. Luſtravi ergo hactenus prout licuit Grammaticas celebriores veteres, & modernas, nempe Zamorenſem, Cantapetren-

trenſem, Georgium Maix, Arias Montanum. Blancutium, Caſtillum, Quinquarboreum, Buſtorfium. Diſſertationes Terentjanas, Tabulas Lugdunenſes, Cardinalem Bellarminum, Sglauterium, & Airolcum, Monſ. Maſclefium, Gilbertum Genebrardum, ut eos libatim tractando proficerem, & diteſcerem, præſertim evolvendo etiam Lexica, ſcilicet, Fosterum, Pagninum, Buxſtorfium, David de Pomis, Thebet Noach, ſive Arcam Noe Jullium Bartholocium in Bibliotheca, & Valentinum Schilderum in Lexico Pentaglotto, ut mihi pro aliqua interpretatione præſens darent auxilium. Quod quidem non ſemel re ipſa præſtitere.

Jam ergo de idæa hujus opellulæ & ſtructura hæc accipe. In primis duas Diſſertationes prooëmiales præmitto alteram apologeticam cum Monſ. Maſclef de lectione Hebraicâ ſine punctis, in qua ſententia noſtra fulcitur; & contraria infirmatur. Alteram vero de moderato uſu punctorum, quam methodô ſcholaſticâ diductam profero inſtar lectionis certatoriæ, qua hujus linguæ cathedra in Academiis fundata peti poſſit; niſi forte aptius quoque has cum aliis diſſertationibus jungam. Deinde Grammaticam trado,

do, nedum amputatis iis, quæ obſcuriora & rariora ſunt, ſed etiam præter Paradigma verbi perfecti, & Pronominum, aliis omiſſis; tum ut ſpectra hæc terrifica præcidantur; tum ut diſcipuli de regulis nudè acceptis ſub directione Magiſtri Paradigmata defectiva & quieſcentia ſibi elaborent; quo aptius hæreant: Solent enim in hac re eſſe diſcipuli, qui potius mente, quàm memoria reguntur. Abſoluta ergo Grammaticâ cum breviuſcula ſyntaxi, & Poeticâ, binas Grammaticas breves itidem exercitationes adjicio, ut Thema cum punctis, vel ſine illis doceatur ad leges trahi, & inveſtigari: & pro exercitatione majori homiliam quandam Hebraico latinam repono viri noſtri pereruditi P. Jacobi Maria Airoli, ut etiam extra Biblica exercitatio aliqua reperiatur. Cumque Tyrones jam progredientes ſoleant non habere ad manus aliquid nude Hebraicum ſine verſione, in quo enucleando ipſi proprio Marte deſudent, ut alia ſimiliter interpretari conſueſcant; Idcircò unum, vel alterum folium pure Hebraicum adjungetur. Atque ea, quæ ad Grammaticem pertinent ſicuti incepimus duplici diſſertatiuncula coronabimus. Altera erit, in qua nonnulla non incurioſa incipientibus enodentur: al-

tera vero in qua de legendo Hebraice sine punctis nonnullæ regulæ colligantur: unde & oportebit adjungere saltem unam paginam charactere quadrato.

Post hæc omnia in subsidium Juvenum addiscentium Lexicon Hebraico latinum sub eodem volumine compegimus, nudis significatis per collumellas, & paralella subjectis, ut commodo usui esse possint, & memoriæ facilius adherescant. Ad quod cum, Deo dante, de latinis vocibus etiam Lexicon latino - Hebraicum elaborare potuimus, præstamus perlibenter: ut nimirum rebus ita dispositis, quisquis Hebraice scire percupiat, hoc solo volumine contentus fiat. In quo si aliquandiu & accurate se exerceat; non dubito, quin Hebraicè penitus sit evasurus. Ita tibi contingat Lector Benevole, & quidquid in hac lingua profeceris; tum pro scriptura elucidanda; tùm pro Hebræis ad Christum trahendis diligenter impendere, ne detrectaveris Vale.

IN-

# INDEX

## Eorum, quæ in hoc opere continentur.



GRAM-

## GRAMMATICA HEBRAICA.



DIS-

# DISSERTATIO PRIMA

## Prooemialis Apologetica.

## PROLOGUS.






Um Scriptura Hebraica, sive cum punctis, seu sine illis inveniri consuescat; jamdiu operosum est, investigare, quomodo legi debeant scripta Hebraica sine punctis, quæ, cùm loco vocalium suffecta fuerint: ægrè admodùm absque illis poterimus verba proferre. Cumque à veteri pronuntiatione desperandum jam esse pronuntiet Dom. Masclef. Canonicus Ambianensis; projectum edidit per Europam, in quo firmos legendi Canones apparabat, & proponebat. Quod cum legissem, nonnulla per litteras ei significavi, quæ difficilia esse mihi videbantur. Itaque Dissertationem hanc duplici Sectione partitus, in prima summam Methodi Ambianensis aperiam; eique meas litteras, prout Authori scriptæ sunt, adnectam. In secunda verò Sectione, cùm Author ipse auditis objectio-

nibus diverſorum, anno 1706. Grammaticem ſuam Prolegomenis quibuſdam galeatam ediderit, & noſtris objectiunculis, reſponſa paraverit; hæc inibi attingam, & ulterius brevi calamo aperiam, quam propter ipſa ea, quæ tali methodo ineſt, non excidat difficultas.

# SECTIO PRIMA.

*Exponitur nova Methodus legendi Hebraica ſine punctis; & taxatur.*

§. I.

1. PØrro nova methodus inſinuata explicatû pauciſſimis expeditur. In primis ergo de toto Alphabeto Hebraico has ſex litteras dicit eſſe vocales, ſcilicet. אהוחיע, & cæteras ſexdecim conſonantes. Cumque plures dictiones Hebrææ reperiantur ſine aliqua ex prædictis vocalibus, quibus proferri poſſit; aliqua proinde vocalis ſupplenda eſt: pro quo ſuplemento hæc ſubjungit. 1. Unamquamque litteram conſonantem fungi ſuo nomine artificiali, quo vocantur v.g. *Beth*, *Ghimel*, *Daleth &c.* Unamquamque litteram habere ſuam vocalem auxiliarem, & eſſe illam, quæ prior eſt in

in tali nomine artificiali v. g. in *Daleth*, a, in *Ghimel*, i, in *Beth*, e; & ſic de cæteris.
3. Quod quotieſcunque una conſonans immediatè ſequitur alteram conſonantem ſine mediatione alicujus de ſex vocalibus relatis, debet ſuppleri in eadem voce inter utramque aliqua vocalis auxiliaris; & quidem hæc eſſe debet illa, quæ eſt auxiliaris conſonantis prioris v. g. in hac voce כל debet legi *Chal*; & in hac מלך legendum eſt *Melach*; & in hac voce גרלים legendum eſt *Ghidalim*.

2. Reſtat vero aperire, quam vim, & ſonum tribuat hic Author ſingulis vocalibus, quas ipſe recenſet. Itaque א Hebræa valet A breve. ה valet E breve, ut Epſylon Græcorum, & interdum A etiam breve. ו quaſi medium inter O, & V valet pro utroque. י quaſi medium inter E, & I, pro utroque etiam valet. ח valet E longum, ſicut Eta Græcorum, & interdum A etiam longum, ע Similiter valet E, vel A longum; & interdum O etiam longum. Unde quando aliqua ex his vocalibus ad conſonantem aliquam adhæreſcit, cum ea ſyllabam conficit, & vocali altera auxiliari non indiget.

3. Hæc ergo eſt novæ methodi ſtructura

liquida, & totius rei ſumma. In qua quidem, ut verum fatear verè ingenioſum ſpecimen hic pereruditus Author exhibuit. De cujus tamen humanitate me non malè meriturum eſſe confiſus; non dubitavi meas obſervatiunculas in hac re per ſequentes litteras aperire.

## §. II.

*Epiſtola P. Didaci de Quadros Societatis Jeſu Profeſſoris Complutenſis ad viros Præfectos Diario Trevotiano ſuper projecto lectionis Hebraicæ ſine punctis.*

4. Vidi nuper, Doctiſſimi viri, in veſtris Diariis eruditiſſimis novam quandam methodum pro lingua Hebraica, cæteriſque Orientalibus legendis, addiſcendiſque ſine punctis, à Doctiſſimo DD. Maſclef. Canonico Ambianenſi profundè excogitatam, & accuratè conſcriptam. Cumque in re veterrima quævis novitas difficultate non vacet; itemque ego rudiuſculus linguæ Hebraicæ candidatus penes me habeam libellum ſuper ea re ſatis eruditum, hominiſque in eo idiomate celeberrimi; operæ pretium duxi ſtultitiam meam prodere,

dere, eo fretus videlicet quod nonnisi ad sinus eruditionis vestræ tutissimos deferatur.

5. Tria ergo perdoctus hic Author præstare videtur pro sua methodo stabilienda. 1. Massoreticam punctuationem multis rationibus penitus resecandam esse pronuntiat; neque aliunde, quàm è nudis litteris characteristicis, seu consonis sacrum Bibliorum sensum eruendum esse, ut sanior, purior, germanior, sibique ubique similior evadat. 2. Proprio marte, & ingenio (certè plausibili) artem exhibet, qua certiùs (ait) atque commodiùs legi possint methodicè litteræ illæ, quæ, nullis subintellectis vocalibus, certè legi, sonarive nunquam possent. 3. Argutè satis, & eruditè vindicat objectiones: in quibus sustinendæ methodi causa, nonnulla devorat, quæ ni multum fallor, Doctorum cœtui satis aspera videbuntur; maxime cum ejus cogitatui aliunde, quàm his devoratis, consuli satis possit. Porrò ea sunt, quæ mihi visa sunt satis dura, & quæ ipse nihili pendens fatetur ingenuus. 1. Fatetur suam hypothesim esse plane confictam, & arbitrariam, ut reipsa est. Cum tamen, licèt exactam lectionem veterem assequi omnino nequeamus; nihilominùs valedicere iis, quæ vero

similiores, & ex traditione propinquiores sunt, nefas putem. Quod urget amplius ex verbis Galieni ab ipso Authore inductis, scilicet, *Audendum est, & veritas investiganda, quam etiam si non assequamur, omnino tamen propiùs, quàm nunc sumus, ad eam perveniemus*. Item ex Drusio, quem ipse allegat: habet enim in Opusculis Grammaticis Franekere excusis anno 1609. Tractatum 4. cui hic titulus: *Alphabetum Hebraicum vetus*: in quo de lectione Veterum, cum notæ vocalium abessent. Cujus epistolam ad Lectorem sic orsus est. *Diu in animo habui, mi Lector, meam de vetere scriptura sententiam peculiari aliquo scripto explicare. Quod, ut eo libentius facerem, in causa fuit quorundam (imperitia dicam, an audacia?) qui in nominibus Hebraicis quidvis licere sibi putant; sed liceat sanè ipsis quodlibet. Nos sequamur Antiquos, ubi licet; quorum consuetudinem, ut fieri potuit in tanta vetustatis caligine, planam feci hoc libello.* Denique Gilbertus Genebrardus libello infra citando sic habet. *Itaque nunquam probavi Caninii, Fremellii, Merceri ausa, qui freti Danielis, & Ezræ analogia Scripturam Interpretum Chaldaicorum, & novi Testamenti Syriacam vitiarunt his vocalibus litteris pe-*
*nè*

*nè omnibus ſubductis, & in earum vicem punctis è ſuo capite ſuffixis.* Ex quibus omnibus ſatis liquet, tum figmentum notorium in re tanti momenti eſſe amandandum; præſertim ſi res aliunde ſtare poſſit; tum ſanius fore conari, ad veterem lectionem propius accedere, (ut ipſe putat in Latino idiomate fieri poſſe), quandoquidem hic eſt mos pro reſtituendis linguis à Doctiſsimis hominibus ſemper, & ubique ſervatus.

6. Fatetur ſecundo, ſe vix receptæ punctuationis valorem, & figuram agnoviſſe; imò neque (dum ſuo modo incæpit diſcere) verborum inflexiones; & nihilominus tres Conjugationes, ſeu inflexiones penitus exterminare non dubitat, ſcilicet *Piel*, *Poel*, *Pual*. Cùm in iis, eaque vi majori, qua litteræ characteriſticæ proferri deberent, majorem ſignificationis emphaſim latitare, ſit penè ſacrum. 3. Mavult cum paucis antiquis, ſi Pagnino credimus has litteras יחחה vocales recenſere, & non conſonas gutturales, ut plerique jam judicant. 4. Fatetur, quod reipſa eſt, eos qui novam methodum didiciſſent, non eſſe intellecturos illos, qui juxta tritam methodum hebraizarent. In quo quid non confuſum? Quid non controverſum? Quid non Babylonicum?

 Immò

Immò brevior erit hæc methodus, si singulis hominibus amplè concesserit, ut Hebraicè sciant, se quovis sono quo malit quispiam, hanc, vel illam litteram consonam efferre. 5. Fatetur in iis nominibus, quæ ab idiomate Hebraico ad nostrum sub Hebraica pronuntiatione translata sunt, adeo ingentem alterationem fieri posse, ut pro Israel legatur *Isiral*: pro David legatur *Doiud*. Ubi quamquam Massoreticas discrepantias exhibeat; non sanat suas. 6. Fatetur ad disputandum cum Judæis hanc methodum inutilem; proindeque Catholicos agonothetas ad studium strictæ punctuationis (quod tam horridum pinxerat) jam remittit, ubi animadverti potest id quodam modo esse succumbere. 7. Quid tandem tota hæc nova methodus, nisi ansam præbere Judæis, & Heterodoxis, ut nos fidelissimos Catholicos, potius quam seipsos, Novatores existiment, & appellent? Hæc igitur, & alia profectò mihi visa sunt dura; quæ esto per otium majori nervo, ac fusiori calamo urgeri potuissent; ideo tamen sunt ita leviter tacta: quia cum in iis dumtaxat rem penitus evictam non judicemus; oportet tamen illa præmittere, ut vires sumat hoc argumentum, quod pace-

tum

tum Vestra, tum Authoris eruditi simul, & ingeniosi licebit sic efformare.

## §. III.

*Proponitur Isagoge Gilberti Genebrardi ad legendum Hæbraicè sine punctis.*

7. SI jampridem habemus ab homine linguæ Hebraicæ peritissimo artem typis datam, in qua in primis traditur: quomodo Lingua Hebraica, cæteræque Orientales sine punctis legantur, quin Massoretarum legibus obligemur: deinde in qua per nudas litteras characteristicas tota scriptura Grammatices dirimatur: ac tandem, qua ad nullum ex supra relatis scopulis offendamus; ea profecto debet amplecti; novaque methodus haberi ut inutilis, vel, ut forsan quispiam crediderit, perniciosa. (Crediderim interea, hanc inventionem pro suo Authore trita punctuatione admodum perterrefacto fuisse plausibilem, & ingeniosam, utilemque, quamdiu ipsam privatam velit, non doctrinalem.) Restat ergo modo exponere, quisnam sit, qui ea de re ita conscripserit. Quod, licèt, ut opinari fas est, neque vos ipsi omnigena eruditione re-

referti, neque Author doctissimus ignorabit; veruntamen ut novum quidpiam promere mihi non erit nefas: sive quod hujusmodi Codicis, & argumenti nullam mentionem ab Authore factam esse cognoverim: sive quod ille Codex ita sit rarus, ut forsitan ignoretur.

8. Præfatus igitur Author est sacer ille Galliarum Doctor, & vir Hebraicarum rerum peritissimus Gilbertus Genebrardus. Itaque pro totius rei perspicuitate dabo primo loco libelli frontem, prælum, & titulum. Secundo loco nonnulla ipsius verba, quæ scopum Operis præseferunt. Tertio demum loco totius Operis summam. Ad primum igitur accedens prima pagina libelli est hujusmodi.

*Gilberti Genebrardi Theologi Parisiensis Divinarum, Hebraicarumque Litterarum Professoris Regii ad legenda, & intelligenda Hebræorum, & Orientalium sine punctis scripta. Parisiis apud Egidium Gorbinum sub insigne Spei è regione Collegii Cameracensis M. D. LXXXVII.*

9. Quoad secundum en vobis verba, quæ in epistola dedicatoria ad Pont. Sixtum V. circa medium habentur. *Adde, Veterum veteris Testamenti, ut Septuaginta Seniorum,*

*niorum , & Hieronymi Interpretationes inde copiosam lucem hausturas . Ideo enim sæpe obscuriores apparent , quòd inspicienti puncta à recentioribus Rabbinis , quos Massoretas appellant , elementis Biblicis affixa post ejusdem Hieronymi sæculum , non facilè occurrat , quid Majores illi nostri legerint ; cùm attendenti ad nudos characteres , regulis præsertim , quas in hoc opusculum congessimus instructo , illorum lectio non solùm emicet , verum etiam mirabilis sapientia , qua per Spiritum S. ad præstantiorem intelligentiam , & divinis Mysteriis propiorem divina Oracula transtulerunt , plerumque effulgeat .* Item in Epistola ad Lectorem sic . *Occasio hujus libri scribendi fuit : quod olim ego , & plerique deterreremur lectione Rabbinica , idest , punctorum experte , tanquam difficili , vel etiam impossibili , vel certè arbitraria . Nec interim huic opinioni refellendæ , vel sanandæ ullus occurreret . Accedebat quòd , qui doctrinæ famam sibi comparaverant , non modo hanc opinionem non eripiebant è tyronum mentibus ; sed altius infigebant , atque adeo augebant : sive , ut soli docti viderentur , sive quia serio fortasse ita sentiebant .* Et copiosa eruditione sparsa usque ad numerum 6. ejusdem Epistolæ sic prose-

profequitur. *Sed ego doceo tantisper, dum hæc omnia nobis comparamus, quamdam esse artem, quamdam rationem, quemdam modum, ut non ubique constantem (quia in Grammatica solet esse aliqua exceptio) & immotum; at valde probabilem, ferè contingentem, quem si sequamur veluti ducem; puto, nos non facile aberraturos. Quod firmo tribus rationibus. Prima: quoniam ars definitur; observatio, sive collectio multorum præceptorum ad certum quendam finem tendentium: colligi possunt, ut & hoc libro collegimus, certa præcepta ad unum hunc legendi finem tendentia: ejus igitur est aliqua ars. Secundam è consuetudine Rabbinorum ducamus. Hi solent suis scriptis litteras vocales inspergere, ubi lectionis difficultas incidere potest, & solet; præterea administras quasdam litteras inferunt, quæ nos, prope dixerim, manuducunt ad ipsorum lectionem. Hæc consuetudo, cum non sit altera natura, quædam ars, quoddam artificium, quædam ratio sit, necesse est, ad illustrandam lectionis obscuritatem. Tertia ex ipsismet Hebræis petitur. Hebræi hoc artificio omnes Linguas suis characteribus sine punctis repræsentant, & exprimunt. Fagius in Pentateuchum hoc docet de Germanica,*

*ca, qua affirmat Hebræos Germanicos multos, & prolixos libros scripsisse nudis litteris Hebræis . De Italica, Gallica, Hispanica, liquet in Rabbinorum commentariis, & breviariis, quæ ipsi appellant .*

10. Hucusque Genebrardus, qui postquam in decursu Epistolæ suadet, dictiones Hebræas non esse abbreviationes, seu defectiones, ut censuerunt Campensis, & Cavallerius; neque contractiones, ut existimavit Chæradamus, neque postremò syllabaria quædam, cujusmodi indicum est Alphabetum; his verbis tandem claudit Epistolam. *Ea* (ars) *tribus præcipuè constat, observatione litterarum protractionis; characteristicarum litterarum, syllabarum; atque adeo particularum ministerialium: de quibus in Periocha. Perficitur autem aliis tribus nempe, analogia, regulis Grammaticis, usu*. Jam igitur reliquum est, ut tertio loco ad summam totius Opusculi deveniamus: quæ sic se habet. Primo totam Artem partitur in tres fasciculos præceptionum, quorum primus versatur circa litteras vocalitatis, secundus circa characteristicas, & tertius circa litteras, vel syllabas serviles; pro quibus omnibus, quæ vocales legendæ, ac sonandæ sunt, & quibus in circunstantiis

exactè

exactè perpendit. Secundo facilitatis, & memoriæ causa superiora præcepta redacta in tabulas exhibet. Tertio ad usum, & praxim Canonum præcedentium verba quædam Joelis cum scholiis R.D. Kimki examinat. Quarto particularum, quæ apud Rabbinos negotium facessunt, cathalogum texit. Quinto digerit ordine Alphabetico innumera Artium vocabula Hebræa, Theologica, Philosophica, Mathematica, Rhetorica, Poëtica &c. Sexto librorum Rabbinicorum, quos ipse noverat, indicem prodit. Septimo tandem Poesim Hebraicam juxta præcepta R. David Sehajæ fusè persequitur. Hucusque libellus, & hucusque ego, ut me his, quæ promisseram liberarem. Restant modo tria, quæ fortassis videbuntur offendicula, vindicare.

11. Primum est: Genebrardum ad suam Artem postulare, Grammaticas præceptiones prius percalluisse, per hæc verba. *Initio autem admonendus es quisquis traheris studio legendi Hebræorum commentarios, ut prius diligenter incumbas in præceptiones Grammaticas*. Unde suboritur statim dubium. Quomodo inflexiones, dictionesque Hebraicæ legendæ sunt, ut tota structura Grammatices retineatur? Respondeo facile,

cile, id fieri debere juxta punctuationem ipsam, quæ in Grammaticis, & Lexicis suffixa est. Atque ne ideo videamur in molestas leges Massoreticæ punctuationis incurrere, duobus monitis eo liberamur. Alterum est, quòd de legibus punctuandi sic, vel aliter curandum est nihil, nullæque punctorum, seu mutationes, seu nomenclaturæ sunt observandæ. Quòd si hinc videatur fore manca Grammatica; id non diffitebor asserere de Grammatica Massoretica; secus de genuina Hebraica, quæ per characteristicas litteras, & consonarum harmoniam est dirimenda. Ideo ad objecta verba, hæc alia Genebrardus ipse subnectit. *Quia tota legendi ratio, etiam contextus pendet ex analogia, & proportione Grammatica, quæ est similium similis declinata notio, & regula.* Alterum est, in ordine ad sonanda verba Hebraica nullum habendum esse discrimen eorum punctorum, quæ in eumdem sensum recidunt. v. g. ַ ָ ֲ hæc tria puncta solum facient A. Item hæc quatuor ֶ ֵ ְ ֱ semper semper facient E. Item hæc duo ִי ִ semper I. Item hæc duo וֹ ֳ semper facient O. Item hæc duo וּ ֻ semper faciunt V. Ex quibus omnibus aperte constat, ita esse facile hoc modo præceptiones

Gram-

Grammaticas addiſcere, & obſervare, perinde, ac ſi noſtris dumtaxat Latinis vocalibus verba Hebraica notarentur: totum enim labyrinthæum opus Maſſoreticæ punctuationis, qua abſterrentur tyrones, non ſtat in nudo valore punctorum, quæ inſtar vocalium ſufficiuntur: id namque ſimplici intuitu, vel ſtolidus quiſque perdiſcet; ſed in minutiſſimis regulis ſic, vel aliter punctuandi; ſicque, vel aliter nomina, verba, perſonaſque, temporaque per punctula diſcernendi. Quod ſi ad perfectam intelligentiam, & artis dominium, opus ſit analogica obſervatione, regulis Grammaticis, & uſu, quemadmodum Genebrardus ipſe fatetur, nihil poſtulamus, quod methodus illa nova non poſtulet: cum hoc diſcrimine, quòd ipſe ad legenda, pronuntiandaque verba Hebræa intrudit methodum arbitrariam, plane confictam, recenſitiſque ſcopulis obnoxiam; nos autem more hucuſque uſitatiſſimo, & facillimo legentes, præceptiones Hebraicas dicimus per regulas Genebrardi viri doctiſſimi; tum Hebræam linguam, tum cæteras Orientales; tum demum commentaria Rabbinorum ſine punctis eſſe legenda. Per quam viam adhuc ad fines ab Authore novæ methodi præintentos tutiùs,

tiùs, & maturiùs incedendum esse quis dubitet?

12. Secundum offendiculum est, videri Artem Genebrardi potius inventam pro adeundis Rabbinorum scriptis; in quibus quid utile, quid non spernendum? Respondeo primò, esse falsum, ut constat ex libelli fronte, & titulo supra relatis: ait enim *ad legenda, & intelligenda Hebræorum, & Orientalium sine punctis scripta*. Respondeo secundò, lectionem Rabbinorum perdoctis hominibus esse certe utilissimam: tum ad ipsos redarguendos, multaque ex ipsis eruenda, ut constat ex integro Opere Galatini: tum quia sunt omnigena quoque eruditione referti; itaut dixerit Genebrardus ibidem pag. 134. *Non temere quis affirmaverit de multiplicitate librorum etiam num extantium in qualibet disciplinarum specie, Hebræos cum quibuslibet gentibus facile posse contendere*. Quare quatenus nova methodus his libris deinceps adeundis officiat, forsan non immeritò putabitur perniciosa.

13. Tertium denique offendiculum, quod ex parte jam in primo fuit superatum, est, videri Genebrardum in sua Arte Massoreticis punctuationibus obstringi, & implicari;

ſiquidem in ſuis legendi præceptis has voces : *Chateph Segol* ; *Chateph Patach* , *Chateph Camets* ; *Sceva mobile &c.* frequenter uſurpat . Reſp. In primis , aſſumptum eſſe falſum , ut conſtat ex verbis Epiſtolæ dedicatoriæ ad Sixtum V. ſupra à me relatis , & modo recolendis . Reſp. item Genebrardum his vocibus uſum fuiſſe , ut morem gereret illis , qui modo receptiſsimo , & fere univerſali Grammaticem didiciſſent . Quod tamen nihil obſtat , quominus ſub his vocibus jam A , jam E , jam altera vocalis intelligatur , juxta nuper à me dicta in n. 8. nullo habito reſpectu , ſive ad diverſitatem punctuationis , ſive ad diverſitatem nomenclaturæ . Quibus omnibus , pro meo captu , jam ad umbilicum uſque perductis , lubet quintuplici , breviſſima verò reflexione rem totam claudere .

14. Igitur reflexio prima eſt : me Maſſoreticam punctuationem , atque præcepta abſolutè non refutare . Cum enim ea ſit vetuſtiſſima , ac receptiſsima pene in omnibus Lexicis , & Grammaticis , ſatis habet , ut homini parum verſato (cujuſmodi ſum ego) ſe exhibeat non contemnendam . Ceterùm in eo labor noſter eſt totus , ut ſi Maſſoretica lectio non ſit attendenda ; potius in legendis Hebrai-

braicis codicibus sine punctis per Canones Genebrardi, quàm per novam methodum procedamus.

15. Secunda reflexio est: me existimare Criticum illum Cappellum, cujus votis, & placitis plurimum deferre visus est novus Author, ut ex verbis ab ipso citatis fas est conjicere; potiùs nobiscum Genebrardo, quàm ejusdem novæ methodo sufragari.

16. Tertia reflexio est: DD. Masclef Authorem præfatæ methodi mihi visum esse (ingenuè loquor) hominem eruditum, studiosissimum, alti ingenii, magisterioque peraccommodum. *Eruditum*, quia rem suam amœnissime promovet, & exornat. *Studiosissimum*, quia toties labyrintho punctuationis Hebraicæ perterrefactus non ideò abjecit animos; quinimo propria Minervâ in rem ita incubuit, ut meruerit ad nucleum usque rei satis operosè pertingere. *Alti ingenii*, quia ipse invenit id, quod alios rerum Hebraicarum profundos meditatores prætervolavit. Cujus inventum licet forsitan ex mea sententia minus expediret, si publicum; privatum autem, probatumque sibi propria experientia, semper est argumentum haud vulgaris ingenii. *Magisterio* denique peraccommodatum, quia profectò, cum

 vidi

vidi fundamenta præjacta, & ordinem partitionis, quo rem ipsam est orsus; perspicuitatem, qua methodum struit, atque in ea procedit, prostemòque judicium, quo objectiones appendit, & librat; non potui non mirari hominem exactè methodicum, atque moderandis cathedris (ut credo) in primis, & cum primis dignissimum judicandum.

17. Quarta reflexio est: me, scholasticis quæstionibus penitus deditum, ignorare, an in iis, quæ hucusque dicta sunt, loquutus fuerim; an potius effutiverim, & inepta protulerim. Veruntamen cum ejusmodi observationes nullo impugnandi livore, nullo item stomacho, sed corde certe humanissimo à me sint elaboratæ; & quidem eo animo, ut si adhuc nova methodus Doctorum cœtui probatur, mihi quoque probetur; sin autem secus acciderit, ut omnes rerum divinarum monumentis, nostris elucubrationibus, consulamus; idcirco de Lectorum benignitate veniam mihi polliceor; speroque, Authorem methodi (cum quo utinam mihi liceret colloqui, ut discerem) quæcumque errata mea facilè condonaturum.

18. Postremo quinta & ultima reflexio est: siquam nostra elucubratione (quod desur-

desursum erit) Palæstræ litterariæ super hac re novam lucem attulimus; id unum nos pro compensatione gratitudinis postulare, videlicet, ut Vos, Viri doctissimi, a quibus per totam Europam eruditio omnigena conciliatur, ac dilatatur, ignoscatis homini, qui vobis stylo forsitan molestus fuit, & calamo. Sospitesque æternum vivite, & valete. Compluti decimo quarto Kalendas Martias Anno D. MDCCXIII.

## SECTIO II.

*Traditur, ac diluitur responsio DD. Masclef ad litteras præcedentes.*

### §. I.

19. PORrò ad hæc Illustris hic Canonicus Ambianensis in suo Hebraico projecto non temere, & præcipitanter, uti solent alii, quibus neque maturum judicium, neque eruditionis est satis; sed omnibus numeris prudenter se gessit: quippe, postquam in re gravissima suas speculationes, & operas collocavit; meditationes suas, priusquam vulgaret, eruditorum choro taxandas objecit. Quas ubi à non paucis undelibet observatas habuit;

buit, tandem eas in lucem edere decrevit. Sed qua methodo? Certe cordatissima, tutissima, & eleganti. Namque Grammaticem suam Galeatam edidit, nitidissimis Prolegomenis, in quibus eruditione, arte, ingenio, judicioque, & modestia difficultates omnes complanare conatur; ut ipsius methodus pergat feliciter. Inter objectiunculas ergo sibi factas, dignatus est accensere etiam nostras; & ab eis se subtiliter expedire, sic nempe eas ex ordine recensendo. In sua nova Grammatica Proleg. 25.

20. Primo igitur ait: *Nos falsò supponere. Ille enim veterem pronuntiationem Hebraicam vestigare non curat; quin potiùs censet, & probat, eam nedum penitus interiisse, sed neque expedire eam quærere*. Sed verò veniâ tanti Viri, non ita enerve nostrum argumentum est, ut aliqua ex parte non impetat. Intendit enim stabilire, quòd in re perantiqua, quæ meliori modô, quo possit, retineri desideratur, non ita discedendum sit à vetustate, ut succedat novitas inventitia; neque ita amandandum, & desperandum verum, ut adoptetur falsum. Sicut enim in plerisque, ubi veritas deprehendi non potest, cordati homines non illicò ad falsa se transferunt, sed apud magis opinabilia hospi-

hospitantur; ut, si ad rem minus accedant, saltem ab eâ non recedant magis: sic optimus quisque venator antiquitatis, etsi rem, quam persequitur, diffidit sese inventurum; tamen ejus vestigia non deserit; neque aliorsum peregrinatur. Hæc ergo vestigia quoquo modo exstare penes Gentem Judaicam, quæ in id studii tota incubuit, videtur negari vix posse; quin propterea de Massoretica punctuatione fiat idolum. Sed tamen minus æquum est, ut Gentem aliquam suo idiomate sic, vel aliter efferendô spoliemus; ut exterus quispiam pro arbitratu suo rem condiat, omnibusque propinet. Quod utique patet ex eodem Authore, qui cùm de linguæ, Græcæ, & Latinæ veteri pronuntiatione desperandum esse pronuntiet; nihilominus non propterea ait, in Græcis, & Latinis cudendam de novo esse aliam lecturam, quàm quæ jam hinc inde inter peritos Grammaticos reperitur. Pro qua re semper stat locus Drusii. Licèt enim hic cum Massoretica pronuntiatione rem gerat; & malit ipse undelibet observata priscæ pronuntiationis vestigia adorari, quàm etiam à possessoribus, & peritis linguæ canones recèns stabilitos amplecti; tamen inde fortius elicitur, quantus futurus esset osor

hujus præsentissimæ novitatis planè arbitrariæ, & ab Authore linguæ extraneo introductæ.

21. Secundo ait, *me in eodem crimine versari, quod carpo; dum indulgeo in Grammaticis, ne quisquam hæreat in una vocali Massoretica, pro alia usurpanda*. At si velit Lector, supra poterit observare, me non promiscue, sed debito tenore id fuisse loquutum. Cum enim totus terror lectionis Massoreticæ manet ex multitudine, & inconstantia punctorum, unde & Genebrardus, & DD. Masclef, ad legendum sine punctis quoque, scripserint eo terrore compulsi; placuit, sicut & placet in Grammaticella nostra, rem Massoreticam, neque adorare, neque exuflare, interea dum non succedit alia commodior, ut fecere viri docti; sed tamen interea rem sumere temperatius, itaut non fiat scrupulus, si vocales affines inter se commutentur, præsertim in ipsa pronuntiatione, in qua vocalis longa, & brevis non discernuntur, & solus pronuntiationem jam regat accentus. Quare tres vocales, quæ valent A; quatuor quæ valent E; duæ quæ valent I; duæ quæ valent O; duæ quæ valent V; profectò non monstrosè sibi communicabunt, dum semper retineatur hic sonus

nus usitatus quinque vocalium A. E. I. O. V. Quod si alicubi videar loqui indulgentiùs; erit dumtaxat, ut qui velit legere sine punctis cum Genebrardo in Hebraicis præceptionibus non cespitet; sed transiliendo scopulos pronuntiandi pergat in eo negotio moderatissimus, itaut neque pronuntiationem Massoreticam scrupulosè colat, neque execretur: sed ea lege usus aliquatenus liberiori, felicius procedat. Quod tanto plus valet, quantò, ut ipse Author fatetur, se satis cum aliis Judæis dabat intelligi, prout ille ex ore Rabbinorum testis affirmat.

22. Tertio ait ipse, & meritò, *se nobiscum temeritatem illam aversari, & explodere, qua Tremellius, Caninius, atque Mercerus nova punctuatione confisi substulerunt in Chaldaico, & Syriaco Textu eas characteristicas, quæ vocalium munere fungebantur.* Hoc autem ita est profecto: & de Viro sanè perdocto fas non erit aliter credere. Verùm animus ibi noster solum fuit indicare, quòd si in sacro Textu criminosum est suffurari, & expungere ea, quæ, usu legendi, & punctuandi invalescente, non videbantur, nisi superflua iis nimirum, qui ea expunxerunt; innocens non erat futurum in cætu

Eruditorum, quòd quisquam arbitratu suo inventitio novos legendi canones inveheret. Neque enim excusationi esse potest; quòd regula magis fixa legendi melior esset, quàm ea, quæ apud nos videtur esse libera, & varia. Siquidem ignorari non potest, quod quoties notoria est deviatio, & error; magis erratur, quanto plus constanter, & canonicè stabilitur; Quò insuper accedit, quòd cum character scriptus sit, quasi corpus inanime, & ejus pronuntiatio sit, instar animæ, & vitæ; anceps videtur esse, utra arbitraria mutatio putetur pejor; ea nimirum, quæ immutat in Textu corpus, atque figuram, ut illi fecerunt; an ea, quæ confingit pronuntiationes, & sonos, ut facit Author.

23. Quartò ait, *tres Conjugationes Piel, Pual, & Poel resecari debere, eo quod necessaria non sint, etiam titulo diversæ significationis. Quod si objicio, id rite non fieri à viro ingenuè fatente, se neque valorem punctorum cognovisse, neque unum etiam verbum inflexisse; respondet se tutò id præstare posse; quemadmodùm nova Philosophia indutus potest Peripateticam, non medullitus examinatam, meritò posthabere*. Sed proh bone Deus, quàm mihi longè pejor est excusatio,

quàm

quàm crimen! cujusmodi est nova ista Philosophia, quam Peripateticæ anteponit? Conceptu nimirum præpostero nata: quo corpus Mathematicum cum corpore Physico lamentabiliter confusum est, ut optimè antevidit Philosophia Burgundica tomo 3. Physicæ Generalis tract. 2. disp. 1. quæst. 1. Conc. 1. ubi dicitur. *Corporis Mathematici notione, tamquam Physici, plerique abutuntur. Id enim fefellit Cartesium Geometriæ assuetum, quod res Physicas more Mathematicorum consideraverit; cum corpus Physicum sit actuosum, & principium motus; non item Mathematicum.* Rursus hęc eadem Philosophia, quæ sic illegitimè data est in lucem, manca adolevit; nimirum, profundiori Dialecticâ, & Metaphysicâ destituta, & Philosophiâ morali malè concordi; quin imò in ipsa Physica principaliori, quæ ad animasticam pertinet, ardua, & periculosa. Quam tamen sibi adoptarunt Medici, mulieres; atque politici.

24. Verùm non est hìc de philosophia disserendi locus; revertor ad Grammaticam. Et præterquamquod semper verum est, quòd nemo benè resecat, quæ non benè cognovit; ipsemet Author fatetur ingenuè in prolegomenis, inventâ suâ methodo legen-

di,

di, circunſpexiſſe, num aliqua pars Grammaticæ adverſaretur, eo quòd punctuationibus inhæreret. Quod ubi in tribus illis Conjugationibus animadvertit, ſtatim Alexandri gladium arripuit, ut reſecaret. Benè autem quis viderit, noxiam eſſe amputationem, quam quis nova molitus, ideo facit, quia videt ſuæ novitati nonnulla jam conſtabilita adverſari. Deinde Conjugationes *Piel*, & *Pual* videntur eſſe retinendæ, quoad poſſint: non quòd faciant diverſam ſignificationem; poteſt enim, ut ipſe ait ex pluribus, in eodem verbo dari duplex, & interdum oppoſita ſignificatio; ſed quòd ex tali Conjugatione, univerſim omnia verba afficiente, oritur talis tenor ſignificandi, qui neque in Lexicis reperietur, ut reperiri ſolent verba duplicata ſignificatû; neque rurſus omnia verba univerſim ſumpta gaudebunt tali amplitudine. Quod & ſpecioſum eſt, & magni momenti in qualibet Lingua. Unde *Piel*, & *Pual* debebunt ſibi retinere tum ſuam vim vehementius ſignificandi, tum illa faciendi activa in *Piel*, quæ in *Kal* erant neutra. Quoad Conjugationem vero *Poel*, cum ipſa ſervet Vau characteriſticum in præterito, hunc titulum habet, ne ab Authore tam facilè rejiciatur; prȩſertim cum talis Con-

Conjugatio ſit commoda,& utilis, quia complectitur utramque ſignificationem activam, videlicet & paſſivam, ſicuti Latinum verbum Commune. Atque inſuper ipſi Rabbini, qui ſine punctis ſcribunt; Conjugationes Piel, & Poel multum verſant; & per Jod, & Vau expreſſum ea uſurpant. Ex quibus ſatis patet quo tales Conjugationes præſtabit retinere, quoad fieri poſſit, cuivis interiora linguæ adamanti.

25. Quintò ait, *quoad litteras* יחה *proculdubio a veteribus omnibus habitas fuiſſe vocales; necnon à modernis Doctiſſimis. Rogatque me, ut, ſiquos habuero aliter ſentientes, ipſe producam.* Cui ut reſpondeam in primis aſſero, me ex fide Pagnini, viri in Hebraicis præſtantiſſimi, aſſeruiſſe, paucos de Veteribus eis litteris, ut vocalibus ſuffragatos eſſe. Quod tamen ſi locupletius vult ſuffulciri; id aſſerit planiſſimè Genebrardus, qui ſi contrarium probabile judicaſſet, non neglexiſſet profectò pro facilius inſtruendâ lectione ſine punctis, quam moliebatur. Quare licèt in Iſagoge p. 20. eis utatur; tamen inquit, *Trium iſtarum litterarum* יחה *notationem ſtatim poſt vocales explicemus, quoniam, etſi vocales non ſunt; tamen tantam cognationem cum illis habent, ut eas non-*

*nonnulli numero vocalium posuerint*, *si Santes-Pagnino credimus*. Quomodo ergo ait D. Masclef *omnes veteres*, si de nonnullis id concedunt dumtaxat hi Viri in hac re facile Principes? Neque obiter id dictum, puta per Genebrardum. Quoniam à pag. 3. id ejus est argumentum, ut solum אוי sint litteræ, quæ pro punctis vocalibus olim sufficiebantur. Quod & sæpe repetit, & citat Authorem Tetsira, & Agathium Guidacerium, qui propterea eas *matres lectionis* appellant. Præterea originem odoratur, unde illa opinio de sex Hebræorum vocalibus orta fuerit, nempe, quidam locus Macrobii lib. 1. cap. 6. somnii Scipionis, de quo loquens ait: *cujusmodi ratio*, *vel locus fortasse Ambrosium Theseum movit*, *ut scriberet apud Chaldeos*, *Hebræos*, *&* *veteres Samaritanos sex esse vocales* אוי *&* החע.... *Sed ei non assentior*; *quia apertè aspirationes*, *seu litteras aspirantes cum vocalibus confundit*. Unde qui tres posteriores retinent, ut aspirationes densam, densiorem, atque densissimam, nobiscum sunt, & sunt multi, cum quibus Valentinus Schilderus in suo Lexico Pentaglotto, & præterquamquod etiam apud antiquissimos LXX. Interpretes hoc munus non sonandi, sed aspirandi dignoscitur

tur in iis,quæ ipse Author non diffitetur.Adsunt duo,quæ urgeant. 1.Quòd, ut audivi Judæos loquentes, passim ultra sonum crepitat aspiratio lenior,aut fortior:quod non aliunde quàm à litteris aspirantibus provenit. 2.Quod Rabbini in suis scriptis cursivis solum usurpant ut vocales אהוי; secus vero aliquando ח. & ע. Quapropter has quoque duas resecant de vocalibus Bellarminus cap. 2. Ludovicus Capellus apud ipsum DD.Masclef proleg. 7. Josephus l. 4. de bello Judaico apud Genebrardum in Isagoge p. 3. 6. Postremò Joannes Terentius Professor Linguæ Sanctæ in sua Grammatica, & Lexico Chaldaico adjungit inter alias dissertationem *de lectione recta Linguæ Hebreæ*, & cap. 4. cujus titulus est *de antiquis vocalium characteribus* א ו *&* י ait in medio. *Hi tres characteres* א ו *&* י *usque ad annum* 510. *à Christo nato, qui est* 102. *post conscriptos à Hieronymo in Amos Commentarios, omnium vocalium sonos repræsentarunt*. Quæ omnia suffectura esse crediderim, ut pateat quam sim fundatè loquutus.

26. Sexto ait, *se ultrò fateri, legentes per novam methodum cum Judæis vicissim colloqui non posse; sed idem evenire inter Judæos Orientales, & Occidentales, Græcos veteres, & no-*

*& novos; rarumque id esse, neque utile pro sensu eliciendo. Intereà tamen longe pejus sese intellecturos, qui legant, ut ipse indulgeo, usurpando unam vocalem pro alia.* Ad hæc fateor, quòd pro eliciendo sensu, potius scriptura attendenda est, quam hæc vel illa pronuntiatio: & quòd Hebraicè colloqui rarò contingat. Attamen fores claudere inter Christianos, & velle extirpare modum loquendi eodem labio cum Rabbinis, si quisquam velit, id puto dissentaneum, & quodammodo noxium. Quemadmodum enim nihil valet plus ad Evangelium disseminandum, quàm aperire sibi aditum per idem idioma; non secus id semper erit utile inter Judæos; & longè facilius ad eorum latibula penetrabitur. Difficultas autem inter Judæos, & Judæos Hispanos, & Germanos, Occidentales, & Orientales nulla est, nisi pro diverso accentu, & tono efferendi unam, vel alteram litteram: ut nobis accidit cum V Gallico, & hac vel illa diphtongo, quam Galli usurpant. At vero lectionis structura hujus Authoris tam nova, ex toto diversa capi non poterit. Unde si quis Græcè non loqui vellet, nisi ut antiquitus, tolerari privatim posset: at si adversus Grammaticas, & Doctores

per

per ſecula ipſe cudere vellet denuo pronuntiationem Græcam planè arbitrariam, tolerari non poſſet. Poſtremò prolatio, quam ego interdum indulgeo, communicationem, & colloquia non turbat, vel amputat. Siquidem, ut inſinuavi, præſertim de affinibus vocalibus loquor v. g. a pro *a*, ut ſupra tetigi. Quòd ſi interdum *Patach* pro *Tſere*, vel quidpiam ſimile elabatur; ſerventur tamen plerumque regulæ capitaliores pronuntiandi in verbis, & nominibus; evadet quidem loquutio minus caſtigata, & nitida; ſed intelligentiæ mutuæ erit aptior, quàm pronuntiatio hujus Authoris: præſertim cum etiam inter Authores obſervetur harum vocalium diverſa mutatio, ita ut alii aliam vocalem affigant. Unde moderationem minutiarum in hac re conſulendam cenſeo; artes tamen jam receptas amandandas non probo.

27. Sextò ait, *Non bene regeri in ſuam methodum, quòd nomina propria diſſonè pronuntientur, v. g. Iſral pro Iſrael; Dovid pro David &c. Quia multa pejus dicuntur à Maſſorethicis: neque nova methodus intentat evertere nomina propria, prout latinè legi jam conſueverunt. Unde in utraque lectione nomina propria facilè diſcerni non poterunt.*

Sed Resp. in primis, hìc non agi de notione nominis proprii in Hebraicis ex vi id pronuntiandi: aliunde enim venanda sunt nomina propria, scilicet ex contextu, ex litteris nulli radici accomodatis &c. Sed solùm intendi, semper esse illegitimam legendi methodum eam, quæ in iis, cujus germana lectio extat, mutationem verè dissonam introducit. Siquidem quoad nomina propria retineri semper debet ea lectio Hebraica, quam LXX. & Vulgata tenuerunt; quinimo, si ex eo modo efferendi tales voces possemus aliquos fixos canones legendi constabilire; ea profectò manaret nobis lectio certior, atque commodior, quam Cappellus ille præoptabat. Neque quòd Massorethæ alicubi etiam dissonè legant, excusationi esse potest. Tum quia id rarius est: tum quia ubi dissonent a lectione talium nominum nobis sacra, & probata; nobis illi non placent. Neque enim, ut Auhtor putat, tanti facimus Massorethas, ut ex eorum labio pendeamus; sed existimamus, quòd cum eorum ratio tradendi Grammaticam ubivis jam invaluerit, æquum non sit alia falsiori methodo, & arbitrariâ illam protrudere.

28. Septimo ait, *Se minimè fugere, aut vinci, dum fatetur inutilem suam methodum pro*

*pro concertationibus cum Judæis: Id enim ille solùm indulget quoad auricularem sonum; non autem quoad sensum, de quo, licèt diversimodè pronunciantes, poterunt disputare: veluti de textu Græco; posset quis priscè loqui, & cum modernioribus disputare: similiterque in Hebræo posset quis priscè loqui cum Septuaginta, & tamen modò inire certamina cum Judæis. Quòd si crebrior disputatio futura esset; utile sanè foret Rabbinicam Dialectum addiscere; non secus ac disputaturo cum Hæreticis consultum esset eorum ebibisse Theses, atque principia.* Sed ad hæc in primis non est animus alia dicere, quàm quæ ultro dat Author, videlicet, quia semper restat quidpiam difficile; nimirum, quòd, qui scit Hebraicè juxta ejus methodum, tam impediti labii ipse sit, si velit congredi cum Judæo, quàm si ignarus penitus esset. Neque ignorari potest, quàm dulce illicium, & utile medium sit ad colloquia simul habenda, & ad persuadendum, eodem labiô miscere sermones. Quò accedit, quòd etiam ad scripta cum venerint, discordabunt. Siquidem Rabbini in libris suis, ut faciliùs sine punctis eas percurrant, characteristicas punctis correspondentes interiicere consueverunt. Quare

negari non poteſt, quin ad certamen Catholicus ille methodo novâ legendi accederet minus potens, nec ſatis inſtructus, & paratus. Atque ſi in quopiam homine privato id non oporteret; quanto minùs quòd in lingua Hebraica velit id univerſim ſtabilire, cum tam ſolemni diſcrepantia ab iis, qui qualicumque ſuo jure eam poſſident? Unde ſignatè loquendo de hujuſmodi controverſiis cum Judæis (quæ omnino tolli non poſſunt, & quæ ſi eodem labio haberentur, eſſent fructuoſiores) dico ſimiliter, quòd licèt lectio Græca vetus, & lectio etiam Hebraica LXX. deberent vindicari, & conſtabiliri ſemper ac poſſent; tamen pro gerendo certamine ſupradicto inidonei, atque imparati accederent ad diſputandum, quoties labium priſcum, & recens non ſibi communicarent. Ex quo ulterius pro nova methodo diſcrimen patet: quia nimirum priſca lectio Græca, & Hebraica licèt ad id negocii eſſent inutiles, tamen ex ſua antiquitate, & gravitate commendari, induci, ac vindicari deberent; nova vero methodus ſi ita inutilis eſt, potius pro novitate ſua debebit excludi. Unde apparebit jam, quàm ſanô ſenſu ipſe dixerim, quòd hæc nova methodus forte alicui videbitur pernicioſa, eò

quòd

quòd Rabbinorum libros valere jubeat. Non enim putamus in ipsis pro nobis latitare thesauros; sed semper Ecclesiæ interest, tum ut eorum penetralia, in quæ sese recipiunt, nostris Doctoribus non sint inaccessa: tum ut eorum positiones, & arma litteraria bene noscantur; atque in eorum verti possint utilitatem, potiusquam in excidium; neque ipsi in suis æternùm computrescere, & cæcutire sinantur. Cui explicationi insuper aliam libuit adnectere, sub qua dixi, *Judæos, & Heterodoxos nos pro Novatoribus habituros, si in hanc methodum convenire contingeret*. Et merito quidem: nam si in rebus merè speculativis, quæ ingenii omnino sunt, Novatores haberi solent, qui præter tritas semitas, regiasque positiones, quidpiam sibi novum, atque subtile cudunt, fabricant, concinantque, & comminiscuntur; quid quæso, erit de re, in qua tangitur Sacra Pagina, basis totius doctrinæ? Unde non rectè ait omnino Author, dum dicit, hanc rem non esse doctrinæ, sed ingenii; nam verè doctrinalis est, & ideo erit ingenii dumtaxat, quia est ingenii sui. Perperam quoque de lectione LXX. paritas efformatur. Nam nemo nisi delirus posset novitatis insimulare lectionem

illam, quæ præ vetuſtate ſibi argumenta congereret.

29. Octavo ait, *me non integrum cognitorem rei dixiſſe, ſuam methodum ſuperfluere, propter Iſagogem Genebrardi, cum hæc ſupponat jam Grammaticos Maſſorethicos, & illa inſtituat lectionem ſine punctis, atque formare conetur.* Verùm ejus pace dixerim, quòd fortaſse ipſe omnino non vidit vim, & viam argumenti, quod protuli. Certum enim eſt, dixiſſe Genebrardum, oportere præceptiones Grammaticas percalluiſſe, ad legendum ex ipſo Hebraicè ſine punctis. Quod ſane neceſſarium erat ipſum dixiſſe, ſi lectionem ſine punctis eam daret, qua intelligeretur id, quod legitur, de qua ſolum fuerunt hactenus vota, & ſolicitudo. Non enim in animo ei erat docere lectionem, inſtar fœminæ legentis Latina ſine intellectu. Quare proculdubio oportebat, lecturum ſine punctis, prius hauſiſſe ſaltem mediocriter præceptiones Grammaticas: tum quia hæc præcepta claudunt ſub ſe non ſolùm puncta Maſſorethica, ſed modos, perſonas, tempora, caſus, inflexiones, & terminationes, quæ tam punctis, quàm characteriſticis diſtinguntur, & quorum notio neceſsaria eſt cuivis, qui velit Hebraicè ſcire.

Tum

Tum quia Genebrardus ibi manifestè loquitur de legendis commentariis Rabbinorum, qui, cum in sua Grammatica Massorethica adolevissent, hanc profectò ab iis sine punctis scripta quælibet redolerent. Tum quia ipse intendebat votis communibus satisfacere, quæ id optabant, ut, qui jam ministerio punctorum Grammaticam didicissent, possent postea in Scriptura sine punctis expeditè versari. Cumque hæc difficultas fuerit, quę D. Masclef impulit, ut ipse ait, ad suam methodum cogitandam, suumque specimen atque projectum; & taceret penitus, & nihil omnino insinuaret de hoc libro tam opportuno, & verè didascalico; non fuit utique importunum eum illi commemorasse: ut utique in illo animadverteret, non esse opus, ad inventitia confugere, ad lectionis sine punctis scopulum superandum. Verum quidem est, quòd ipse in primis docet legere consonâs ad arbitrium; & deinde sub his motionibus falsis Grammaticam suam ædificat cum labore, & ingenio. Verùm sententia nostra est; quòd id non tam sit docere idioma, quàm suô cerebrô comminisci. Deinde quòd si scopulus, quem vitare contendit, per aliam viam regiam, & tritissimam superatur; non est cur quis

 sale-

ſalebroſa pertentet. Poſtremò quia proculdubio modus legendi Hebraicè ſine punctis, qui tandem conficitur, etiam Grammaticâ prius perceptâ, forte non poteſt non etiam eſſe utilis, & ſundabilis ante omnem omnino Grammaticam, quanquam id majori labore indigeret; quem Genebrardus omiſit propter dicta: quia nimirum ſolum intendebat docere legere ſine punctis tum eos qui vellent Rabbinica penetrare; tum eos qui jam Grammatici vellent ad ſcripta ſine punctis poſſe quoque introire. Neque enim volebat novam conſtruere hujus linguæ Grammaticam inventitiam; ſed communi retentâ, lectionem ſine punctis, ſuis regulis expedire. Atque ut apertè conſtet, quòd Genebrardus ſolùm præceptiones Grammaticas, ideſt, regulas & analogias prædictas voluit anteire; non vero punctuationes Maſſorethicas, tanquam leges immobiles; ſed tanquam præludia; ſatis erit legere loca, a nobis ſupra data, quæ ſunt valde perſpicua: in quibus patet, tum quòd ipſe doceat legere ſine punctis: tum quòd lectioni Maſſorethicæ non confidat, ſed potius ſuam de nudis characteribus, ut præſtantiorem ſtabilire conatur, præſertim ibi: *Sæpe obſcuriores apparent, quòd inſpicienti puncta a recentioribus Rab-*

*Rabbinis, quos Massorethas appellant, affixa non facilè occurrat, quid Majores nostri legerint, cum atendenti ad nudos caracteres nostris regulis instructos illorum lectio emicet &c.* Quamobrem non immeritò dictum est, Cappellum, potius huic, quàm novæ methodo confisurum: neque hanc, quam nuspiam memorat, Cappellus vidit; sicuti nec ipse Author eam legerat, quousque nos indicavimus: alioquin minus ingenuus in suo projecto, & specimine processisset.

30. Nonò *non sine sale, & pipere responsionis suæ condimenta concludit. Cum enim dixerim, meas observationes ideo fuisse compositas, ut sacra defenderem, & ab hac novitate liberarem; reponit ipse: Puncta Massorethica, cæteraque hujusmodi inventa, quæ à nova methodo exulant, multi inter Christianos antiqua, sed pauci sacra dixerunt. Qui hanc loquendi formam usurpare non verentur, viderint, an Judaismum sapiant ad sobrietatem; an non aliquantum per plusquam oportet.* Ad quæ Authoris verba statim subrisi plusculum videns, qua me ex parte percelleret. Et verò si ab hac labe purgari oportet, melius sanè est Hispanum esse, quàm nationis alterius. Apud illos enim Judæi exulant; & si qui latitant non splen-

dent

dent ſine igne. Verùm pudet in his immorari, quæ ipſa ſe ſtatim refellunt, ac per ſeſe concidunt. Atque ut illi pudori eſſe debuit iſthæc objicere, ita mihi probro, ac dedecori verterem, ea non planè contemnere.

## §. II.

*Argumenta cætera breviter percurruntur.*

31. POſtquam ad omnia, quæ mihi, vel in me ab Authore regeſta ſunt, ſatisfeci; placet curſim in eum aliqua objecta congerere, quæ ſententiæ noſtræ robur amplius declarent. Atque 1. Cum hæc methodus ex ore Authoris qualecumque diſcrimen referat; ſed tamen eadem in re ſit, quam excogitavit, & edidit Oliverius Bulæus Vinſobrius anno 1568. licèt hanc Author ipſe, ut credo, nunquam legiſſet, ideoque ſua ei maneat commendatio ingenii, atque gloria; nihilominus perſpicuum eſt, ſaltem Eruditioribus, eam cogitationem non fuiſſe probatam, quæ tam citò mortua eſt, & extincta; ita ut in uſum paulatim ut ſolet deducta non fuerit. 2. Quia planè offendit prędicta cogitatio ad lapidem Linguarum, quæ ſunt verè doctrinales, & artificioſæ. Siquidem juxta hanc methodum,

qua

qua quævis littera habet ſibi ſuam vocalem, facit *Alphabeticum ſyllabarium*; quod in primis jam Genebrardus ipſe rejecerat per hæc verba: *Non ſunt ſyllabaria litteræ Hebraicæ ſine punctis, ut aliquis a ſimili poſſet contendere, & augurari; quod Alphabetum indicum non tam ſit Alphabetum, quam ſyllabarium. Quoniam unaquæque Rabbinorum littera, ſive character ſuam vocalem non infert*. Deinde id per ſe eſt manifeſtum. Nam paſſim in Linguis ſola una vocalis afferre ſolet intra unam, & eandem ſyllabam conſonantes diverſas. Veluti in hac voce *Princeps*: ubi duæ ſunt ſyllabæ, & quævis tres habet conſonantes adjunctas. 3. Quia dato, Maſſorethas nullo ſtudio, & peritia ſcientiarum ad reſtituendam pronuntiationem incubuiſſe; ſed eam fixiſſe dumtaxat, quæ tunc temporis intercurrebat; ſemper reſtant duo: alterum eſt, quòd Linguæ omnes quamdiu vivunt, & ſunt vernaculæ, perinde ac tota natura rerum, habent ortum, & interitum ſuum, & cum gentibus ipſis mutationes ſubeunt; ita ut quoties characteres iidem, & analogia Grammatica perſeveret; eadem Lingua ſit, tametſi novâ, & immutatâ ſatis pronuntiatione uſurpetur. Ex quo fit, quòd vera Lingua Hebraica

erat

erat ſuperſtes, licèt à priſca pronuntiatione jam diſcrepans, ea, quam Rabbini figere quodammodo, & ſtabilire ſtuduerunt. Non ſecus, ac verè modo Græca eſt, & vera Latina, quæ nunc reſtat; licèt diſcrepet ab antiqua. Alterum eſt, quod deſcendit ex primo, & in quo, ni fallor, Author aliqua æquivocatione laborat, dum ſibi argumentum parat ex eo, quòd Rabbini non poſſent Linguam priſtinam reſtituere. Nulla enim Lingua ubique Gentium, quæ per aliqua ſæcula proceſſit, ex toto reſtitui poteſt. Imò neque expediret, propter acceſſiones, & variationes, in quibus Lingua, quo magis teritur, plus perficitur, & locupletatur. Sed ſolùm propter antiquitatis amorem, & nonnulla melius aſſequenda intellectu, poſſunt fieri de veſtigiis, & ſpoliis relictis, nonnullæ collectiones, obſervationes, & canones, quibus, qui Scriba doctus ſit, nova proferat ſimul, & vetera. Quod quidem credere non eſt abſonum, Maſſorethas præſtitiſſe minus incongruè quoad uſum linguæ, licèt nunquam nobis authenticè ad ſenſum Sacræ Paginæ, & ſignificata taxanda. Ad hæc enim, cum ipſi potius eſſent perfidiæ, quàm fidei, ægrè poterant ſyncera mente, & judicio, atque illotis manibus penetrare.

32. Quar-

32. Quarto. Quia modò non tam cogitandum eſt de inventione Maſſorethica, ut naſcenti, & infanti: quàm (ſi placet) licuerit utique tunc eam exſuflare, & evertere; ſed de ea jam adulta: quando ipſa jam per mille annos eſt adoptata, & recepta à quibuſvis gentibus etiam Catholicis, quoad Grammaticem: quidquid ſit de punctuatione Biblica, cui merito non eſt omnino fidendum. Unde velle id jam exturbare non puto congruum, nec profuturum: ſi non quidem propter inventores, ſaltem propter propagatores, & commune jam placitum, quod circa voces, & Linguas habet humanam authoritatem ſupremam. Quæ præſertim urgent, dum ad infirmandam lectionem Maſſorethicam, ubi oporteat in Bibliis, ſatius erit ſectari Genebrardum, qui in ſua lectione ſine punctis id doctiſſimè pollicetur, quàm novam methodum arbitrariam, & à Bulæi temporibus nihil felicem. Ubi profectò velim, ne excidat id, quod in hoc genere ſemper eſt retinendum, nimirum quòd quandiu præfertur modus legendi, & Grammatizandi Maſſorethicus tamdiu uſitatus, non eſt, ut monui, ut circa Biblia explananda, id tanquam canonicum reputemus; ſed ſub hoc tenore, nempe 1. Quòd ſi ad Commen-

mentarios Rabbinicos accedamus; ea non demus oblivioni. 2. Si verò ad Biblia punctuata, eo utamur subsidio ad juvandam lectionem; non ad taxandum sensum. 3. Verùm si ad Biblia non punctuata contingat accedere, non tam ad merè legendum (in quo casu etiam prodesset) sed ad sensum examinandum; tunc punctuatio Massorethica penitus est amandanda, atque inhærendum est Genebrardo, qui in sua Isagoge constat ex Epistola dedicatoria, Prologo ad Lectorem, & toto Opere, quam præstantius ad Massorethicam lectionem, ipse rem tractandam confidat, & polliceatur. Quare postremo hæc, & non nova methodus, videtur profectò esse illa certior, atque commodior, quam Cappellus desiderabat.

33. De quibus omnibus cum dixerim in hac re quidquid possit adhuc non inefficaciter meas observatiunculas suffulcire; rursus testari jam solum restat, quantum deferam æstimationis, judicii, & honoris meo adversario: qui rem profectò tetigit tam nitidè, tam diligenter, tam methodicè, & quoad fieri potest, tam efficaciter; ut non solùm, si cœtus Eruditorum ita probasset, manibus pedibusque irem in illius methodum, & Grammaticam, qua melius

tra-

tractatam, & plenius legi nullam; sed pręterea cum magna ex parte conveniam cum ipso, in non colendo superstitiosè punctuationem Massoretharum; si quos tractus ipsius mihi invenerim auxiliantes; eos quidem cum decore, ac gloria mea, atque cum magno fœnore libenter inseram, & cooptabo; precatus insuper veniam, si forte verba, & personam tantam alicubi non reveritus minus dignè tractaverim. Quæ in certaminibus literariis potest esse indulgentia.



DIS-

# DISSERTATIO II.

## Procemialis Scholastico-Hebræa.

### *Prælectio in re Hebraica pro petitione Cathedræ Linguæ Sanctæ.*

### PROŒMIUM.



Um ex una parte hic locus sit opportunus ad differendum de ea moderatione punctorum, quam in edocenda Grammatica servare decrevimus; & ex altera sæpe in Academiis præsertim Hispaniæ, Salmanticensi, Complutensi, Valentina, &c. usuvenire possit, hanc Cathedram per lectiones certatorias obtineri; hanc nostram Dissertationem more scholastico placuit inserere: tum ut inde habeatur exemplar; tum quia res ipsa per limam scholasticam tractata solidius constabit.

וְזֹאת הַתְּר וּמָה אֲשֶׁר תִּקְחוּ׃ ס֞ שְׁמוֹת בה֞א

1. Circa quem Textum plures poteram exagi-

exagitare quæstiones , quæ sensum Biblicum sub hoc sacro Idiomate latitantem dilucidarent . Sed cum nostra concertatio potius de structura Grammaticæ Hebraicæ ; quàm de quopiam sensu difficili sit instituenda ; me verto ad aliquod excitandum , quod inter Recentiores frequentius dissertari soleat , & ad tenorem hujus Linguæ , tum discendæ , tum tradendæ sit plus valiturum . Cumque de usu Hebraicæ punctuationis , qua Textus sorte mihi paratus repertus est , ferveat inter hujus rei Peritos non modica concertatio ; hanc ego coram cætu tantô saltem libandam præ cæteris adlegi . Itaque Quæstio nostra est . *Quo usu , & quo in pretio haberi debeat punctuatio Hebraica , ac reputari ?* In qua Quæstione morem Academicum sectaturus , rem in tres dividam partes. Quarum prima notabilia referat Authorum simul placita recensendo . Secunda fundamenta jaciat , & firmet . Tertia verò & ultima objectiones diluat , atque convellat . Quibus finitis tota hæc nostra finietur elucubratio .

2. Ad primam ergo promissionis meæ partem accedens Noto 1. Linguam , quam modò Hebraicam appellamus , dupliciter posse considerari , scilicet , vel puram He-

braicam, verè, & germanè talem, quæ in Sacris Bibliis solummodò continetur; & Rabbinicam aliam, qua uti solent inter se Rabbini, & Judæi toto Orbe dispersi; vel ut melius dicam, qua ipsi scriptos sibi servant suos Commentarios, Institutiones, & Codices. Hæc lingua Rabbinica (cujus adhuc inter ipsos Rabbinos periti sunt admodum pauci) non tam lingua Hebræa vocanda est, prout vulgò inter ipsos circumferri jam solet, quàm mixta quædam sermonis usurpatio, quæ supra Chaldaica, & Syriaca vocabula, penè omnium gentium, atque nationum, in quibus Judæi versantur, vocabula adjecta sunt, & inter ipsos promiscuè, & vulgariter usurpata. Hæc eadem lingua Rabbinica, quoad scripturam diverso ab Hebræâ fungitur charactere, & in epistolis cursivis eôdem multum deformato solent uti, & abuti; in eo tamen universim convenientes, ut neque in typicis, neque in cursivis ullam punctuationem adhibeant. Et hæc de Rabbinicis libata sint, ne exinde Idiomatis propriè Hebraici legitimæ tractationi obscuritatem offundant.

3. Noto 2. Linguam Hebraicam legitimam, quæ in solis Sacris Bibliis adinvenitur, solere diversimodè se habere. Nam

1. In-

1. Invenitur Sacer Textus, licèt rariùs omni punctuatione nudatus; & quasi solis litteris consonantibus inhærens. Ubi prætereundum non est id, quod in præsenti quæstione notatu satis est dignum, nimirum, totam compagem, structuram, & fabricam Linguæ Hebraicæ penes characteres, quasi consonantes, & Alphabetum integrum residere, remotis omnino punctis quibuslibet: alioqui, nec facile ita exarari, & vicissim intelligi posset hic sermo. Verumtamen penè omnia Biblia Hebraica, quæ tum apud Judæos, tum apud Nostros circumferuntur, multiplici, & perpetua punctuatione adornantur subscribendo, nimirum singulis litteris Alphabeticis puncta, quæ diversos sonos efficiant; quibus unumquodque vocabulum sonare debebit, ut nimirum & scriptio, & lectio fluat facilior, & pronuntiatio Hebraica numquam intereat. Proinde ad id inventæ sunt quinque vocales longæ, scilicet Camets *A* longum, Tsere *E* longum, Chirich Gadol *I* longum, Vau Cholem O longum, & Vau Sciurec *V* longum. Deinde similiter quinque breves, scilicet, Patach *A* breve, Segol *E* breve, Chiric *I* breve, Camets Catuph O breve, Kibbuts *V* breve. Atque insuper, quia aliqua voca-

bula propter diversas combinationes citatiori sono proferenda essent, quatuor vocales brevissimæ adjunctæ fuerunt, scilicet Sceva simplex, Cateph Patach, Cateph Segol, Cateph Camets, quæ pro vocalibus *A*, *E*, *O*, raptim sonare consuescunt. Præter quæ puncta vocalia, alia puncta plurima solent appingi; videlicet de accentibus Grammaticis, Rhetoricis, Orthographicis, & plurimis Musicis; quibus omnibus unaquæque Sacri Textus pagina varietate venusta decorata conspicitur.

4. Noto 3. Circa hujusmodi punctuationem supra relatam surrexisse certamen, quod in dies fit densius, ac proinde definitione resolutissima difficilius, circa primam Originem videlicet, & inventionem horum punctorum. Nam altera ex parte Judæi homines, quibus tantummodo littera derelicta est, fortissimè dimicant pro origine pervetusta apicum hujuscemodi. Alii enim in ipsum Moysem inventionem revocant; alii temperatiùs autumant Esdram suum, qui finita captivitate Babilonica novos characteres Hebraicos pro Sacro Textu adinvenit, ne cum Samaritanis etiam in litteris conveniret; pariter hos apices, & punctula excogitasse, quibus unaquæque vox & syl-

& ſyllabâ proferretur. Ex altera verò parte communis ſententia, & placitum doctiſſimorum hominum eſt, hæc puncta fuiſſe adinventa ab illis Judæis, qui poſt Æram Chriſtianam ad Tiberiadem Traditiones ſuas colligi, ac retineri curarunt. Unde & Maſſorethæ appellati ſunt. Qui nimirum, ne pronuntiatio, quæ oretenus inter ipſos conſervabatur, interiret; eam hujuſmodi punctis figere ſtuduerunt. Circa quos Maſſorethas duo non ſunt nobis prætermittenda. Alterum eſt quoad Chronologiam: quia ipſi juxta alios ad finem ſæculi quinti Chriſtiani vixiſſe feruntur; juxta alios non ante ſæculum 9. Alterum eſt id, quod teſtatur DD. Maſclef in ſua nova Grammatica ſine punctis, nempe hos Maſſorethas, quamvis zelo ſuæ Religionis armatos, tamen rudes homines fuiſſe, diſciplinisque, & bonis artibus deſtitutos: neque eos germanam, & primigeniam pronuntiationem Hebraicam per aliquot retro ſæcula quæſiviſſe; ſed pronunciatione ſola inter hos tunc regnante contentos, eam Poſteris retinendam commendaſſe.

5. Noto 4. Quòd quanquam hoc Quæſitum de antiquitate punctorum ſit certè nobile, fœcundum, atque glorioſum, nihilo-

minus dubitari certè non potest, quin sit planè speculativum, & ad curiosam indaginem hominum Academicorum magis pulchrum, & accommodatum, quàm ad præbendum aliquod specimen practicum in lingua Hebraica; & quòd pro Cathedra hujus Idiomatis occupanda notitiam aliquam utilem, ac docendi methodum polliceatur. Quamobrem opportunior, ni multum fallor, & longè utilior venit ad nos Quæstio sic disputanda, scilicet: *Quo in usu, & quo in pretio habendi sint hujusmodi apices, & puncta pro Lingua Hebraica rite addiscenda ad Sacras Literas explanandas?* Ratio enim dubitandi ita consurgit. Quia ex una parte hujusmodi puncta multitudine sua, & commutatione perenni absterrent homines, præsertim grandævos, qui deberent hanc Linguam scire, ab studio ipsius; & eo magis, quo bene norunt, Linguam Hebraicam absque his punctulis constare, & extare. Ex altera verò parte cum disci non possit, quòd neque legitur, neque auditur; si lingua Hebræa nusquam auditur, ut satis constat, necessaria erunt adminicula legendi, ut disci possit. Cumque ea adminicula non nisi puncta sint; oportebit ea condiscere.

6. Quibus omnibus jactis, ac prænotatis, pro-

proclive jam est in hoc puncto aliquas designare sententias. Quarum prima censet, istiusmodi punctuationem esse penitus amandandam, ac removendam. Quam sententiam sequitur Morinus, Joannes Drusius, Olivarius, Bulæus, Vinsobrius, & novissimè Dom. Masclef Canonicus Ambianensis in sua pererudita, & ingeniosa nova Grammatica Hebraica sine punctis recèns edita Parisiis anno 1726. ubi citat reliquos. Secunda sententia communis censet, non nisi solicito ministerio punctorum Hebræam Linguam esse addiscendam: quam tenet David Kimki Archigrammaticus inter Rabbinos cum suis, & insuper de Latinis Joannes Ferentius, Quinquarboreus, Buxtorphius, Zamorensis, Blancutius, Martinus Martinez Noster Salmanticensis, & alii. Tertia sententia asserit, punctuationem Massorethicam, prout jacet in Bibliis, Lexicis, & Grammaticis, usurpandam quidem esse, sed sine scrupulo, & nimietate, pronuntiandis quomodibet vocibus Hebraicis more recepto, & pro intelligentia mutua Magistri, & discipuli; secus verò pro germana prolatione linguæ Hebraicæ legitimæ, & pro vera ejus significatione definienda. Hanc sententiam partim sequitur Eduardus Slaughter Societatis Jesu

dum parcè admodum regulas punctuandi delibat in sua recenti Grammatica Linguę Sanctæ. Ita etiam opinatur Doctor D. Joannes Franciscus de Roda Bibliothecarius Regius, & qui Linguarum Orientalium eruditas tabulas texuit. Ex antiquis Ludovicus Cappellus, qui eatenus censet eam retinendam esse, donec commodior ratio legendi affulgeat.

7. Ad secundam partem nostræ Prælectionis progrediendo sit nostra Conclusio: *Punctuatio Hebraica temperatissimè solùm usurpanda est, tam quoad ipsius regulas, & pronuntiationem, quàm in ordine ad significata inde manantia.* Probatur 1. Nostra Conclusio testimonio in hac re hominis Critici; sed ad vota trium Theologorum gravium Catholicorum editi, scilicet Ludovici Cappelli Professoris Salmuriensis, ita loquentis lib. 6. Criticæ cap. 11. *Cum tota punctuatio, quæ in hodierno Textu Hebræo extat a Massorethis sit excogitata, quorum authoritate, & punctuatione non tenemur, nisi quatenus ea aptum, & commodum gignit sensum; si Consonarum dumtaxat in legendo habenda est ratio; atque ex vocibus per solas consonas signatis, canones Grammatici sunt constituendi; quidquid hodie in Gram-*

*Grammaticâ Hebraicâ ad punctuationem, & punctorum mutationem spectat, & illi tanquam fundamento nititur, illud totum una litterâ esset à Grammatica delendum... Cum itaque Grammaticæ ratio commodè, & utiliter tradi non possit, nisi voces enuntientur, enuntiandi autem eas ratio, & via certa, & plena ex solis literis* אהוי, *prout hæ hodie in Textu Hebræo extant, difficulter tradi possit; age sanè, punctuationi Massorethicæ eatenus adhæreamus.* (Nota) *quatenus neque certior, neque commodior vocales ad vocum enuntiationem necessarias designandi ratio usque hodie inventa est: atque ex consequenti eam tradendæ, & docendæ Grammaticæ rationem sequamur, quæ illi punctuationi nititur; nisi forte aliquis aliam rationem certiorem, & commodiorem inveniret punctuandi.* Hucusque Cappellus, qui Professor cum fuisset, & a piis Theologis cum plausu susceptus, competens in hac re potest præbere authoritatis robur, ubi dilucidè nostra explicatur sententia. Nisi quòd putem ego, difficile jam fore aliam legendi formulam invenire meliorem. Et quamquam denuo affulgeret aliqua limpidior, & pressior; tamen, quæcumque ea esset, semper tanquam inventitia vilesceret. Alia enim sunt, quæ

quæ cogitatione ſunt comparanda; alia verò quæ traditione ſunt retinenda: & hujuſmodi eſt pronuntiatio Linguarum. Secundò ex teſtimonio Ricardi Simonis harum rerum eruditi in ſua Biblioteca ſelecta tom. 1. art.36. pag.269. en ejus verba Latinè reddita: *Judæi Italici carentes verſione Italica pro interpretatione verborum Hebræorum tam longè diſtant in ipſis interpretandis, ut neque viciſſim ſe intelligant. Diſcipulique de alio ad alium Rabbinum tranſeuntes, perinde eſt, quoad idioma, ac ſi ad nationem alteram commigrarent. Et Philippus de Aquin Judæus Avenionenſis Profeſſor Hebraicus eadem verba Hebraica jam ſic, jam aliter proferebat: quod & P. Morinus ejus Diſcipulus itidem factitabat*. Addit tamen quòd monuit eos Cappellus, ut ad communiores aliquas receptas leges ſe accommodarent. Ergo ad rite diſcendum Hebraice ea punctuatio ſola erit ſatis, qua utcumque cum recepta methodo legi poſſit: neque proinde ſenſus fixus petendus eſt de pronuntiatione inconſtanti. Ex quibus locis, quæ ſufficiens pondus in hac re poſſunt ſupedditare, probata manet Peritorum authoritate, ſeu teſtimonio, quoad utramque partem noſtra Concluſio; tum ſcilicet, quòd punctuatio Maſſo-

ſorethica neque eſt neceſſaria pro Idiomate, neque ſcrupulosè obſervanda: tum quod pro lectionis uſu, & commoditate diſcentium ſi temperata ſit, non eſt rejicienda.

8. Probatur jam 2. à ratione prima pars Concluſionis. Eatenus prædicta punctuatio Maſſorethica eſſet ſcrupulosè obſervanda, quatenus Rabbini ejuſdem inventores periti fuiſſent germanæ, & primitivæ pronuntiationis Hebraicæ, vel ſaltem propiùs ad eam acceſiſſent; ſed utrunque eſt falſum: & Probatur Min. In primis ipſi etiam, ſicut & nos primigeniam prolationem ignorabant. Sed deinde prolationem propinquiorem &c. Mai. Patet: quia Maſſorethæ non in id incubuerunt, ut prolationem veterem revocarent, neque quamvis voluiſſent, fuiſſent id aſſequuti, quod à paritate Linguæ Græcæ, & Latinæ ſatis convincitur. Siquidem poſtquam diu, multumque ſudatum eſt a viris doctiſſimis, & cultiſſimis circa pronuntiationem Græcam, & Latinam, non ita priſcas; nedum res ceſſit pro votis; ſed ſi utriuſque Linguæ Grammaticos conſulimus bene peritos, ea, quæ utrinque diſputantur, utrinque quoque neſciuntur. Quo pacto ergo viri Maſſorethæ rudes diſciplinarum, & antiquitatis non cognitores ſolo

Textu

Textu Hebraico contenti id effeciſſent, ut Linguam longè vetuſtiſſimam omnino cognoſcerent, & revocarent? Probo jam Min. ſcilicet, quòd neque Maſſorethæ habuiſſent ſaltem pronuntiationem conformiorem antiquæ. Quia longè conformior cum antiqua debuiſſet eſſe pronuntiatio Hebraica, quæ anteceſſit tempore Maſſorethas: quia ſemper facilius eſt magis conformari ea, quæ minus diſtant; atqui pronuntiatio antiquior reſpectu Maſſoretharum valde diſcrepat ab ea, quam ipſi conſtabilierunt: & Min. conſtat: quia Origenes, Septuaginta Interpretes, Joſephus, nec non Hieronymus longè aliter pronuntiat Hebraica, quàm Maſſorethæ, quos tamen tempore præceſſerunt; diſcrepantiæ autem facilè innoteſcant cuilibet conferenti. *Urgetur hæc ratio*. Nam Maſſorethas paucis ſeculis præceſſerunt Thalmudiſtæ, & nihilominus, teſte Morino, in multis locis diſcrepant: non ergo oportebit Maſſorethicam punctuationem veluti illibatam amplecti.

9. Confirmatur tota noſtra probatio ex multis, quæ doctè congerit Dom. Maſclef quia ipſimet Rabbini paſſim teſtabantur, Linguam ſuam pronuntiatione legitima poſt captivitatem Babilonicam ſuo loco excidiſ-

ſe,

ſe, atque immutatam eſſe tantopere, ut plurima ipſi quoque ignorarent. Ita ipſum Thalmud, David Kimki, Abraham Levita, Elias Levita. Sed ab illis temporibus uſque ad Maſſorethas, non eſt credibile, niſi quòd tota res iverit in deterius; præſertim in tanta diſperſione ipſorum, & in illa captivitate crudeli, quam gens illa pertulit ſub Veſpaſiano. Ergo &c. Confirmatur 2. Ex Joanne Druſio in Hebraicis ſatis verſato lib. 3. quæſtionum Hebraicarum quæſt. 83. ſic ajente: *Voces Hebraicas ſcripſimus characteribus Latinis ſecundùm conſuetudinem, quæ olim in uſu apud Antiquos, in qua etſi nonnihil deſiderari poſſit; tamen maluimus nunc eam ſequi, quàm hanc novam barbaram, quæ, unde ſit, aut quem authorem habeat, neſcitur*. Atqui ibi loquitur de Maſſorethica punctuatione, ut patebit legenti, quia hæc procul abeſt a legitimitate pronuntiationis Hebraicæ.

10. Probatur 3. a ratione eadem prima pars Concluſionis. Nam eatenus ſcrupuloſè innitendum eſſet pronuntiationi, & punctis Maſſoretharum, quatenus id eſſet neceſſarium vel ad intelligendum ſenſum Textus Hæbrei, vel ad pronuntiandum, & colloquendum firmiter in tali Idiomate; ſed ad

ad primum nihil valent puncta, & ad secundum non sunt necessaria. Ergo. Min. Quoad primam partem patet; tum quia, utpote à viris perfidis fabricata, potuerunt sibi sensum alicubi cudere ad gustum; tum quia non est, cur præferatur eorum taxatio aliis sanioribus, & vetustioribus, ut Origeni, Hieronymo, Septuaginta Interpretibus; & tum quia, si cujusdam loci controversia jaciatur in medium; alteruter certatorum recusabit puncta; si ipsi non faveant. Secunda pars minoris etiam patet: quia colloquium Hebraicum, præsertim de Hebræo purô & sacrô (quod solum curant Doctores Catholici) nusquam gentium est. Imò inter Judæos vix est invenire Rabbinos in Idiomate suo bene peritos. Siquidem post dispersionem, Hispani hispanicè, Itali italicè, Turci Turcicè, & sic de aliis, inter se colloquuntur, & sic scribunt licèt Rabbinicis characteribus. Præterquamquod diversimodè usurpant vocales suas Judæi pro more regionis, quam incolunt. Quare tota punctuatio tam minuta, & superstitiosa tenore universali Judaico, profectò, ut Docti noverint, servari non potest.

11. Probatur jam 2. pars Conclusionis, quod scilicet punctuatio Massorethica tempera-

peratiſſimè adhibita uſurpari poteſt, ac debet. 1. Quia licèt ipſa in tot minutis, & inconſtantibus combinationibus apparet ſatis ſuperſtitioſa, & inutilis; tamen pro legendo curſim Hebraica, quæ modo extant in Bibliis punctuatis, poſſunt commodè deſervire. Quamquam enim puncta, quæ ſubſcribuntur non omnino nectantur; attamen ſufficienti curſu lectio procurret; præſertim cum in legendo vocales breves a longis non ſint diſtinguendæ. 2. Quia ad tradendam, & diſcendam Grammaticam, opus eſt inter Magiſtros, & Diſcipulos voces & ſyllabas aliquatenus pronuntiari. Cum ergo de conſueto uſu Judæorum, Hæreticorum, & quod plus eſt Catholicorum, in Lexicis, & Grammaticis detur hic modus univerſalis vocalizandi Alphabetum Hebraicum; præſtat illum ſequi pro acquirendis rudimentis, quàm alios ſonos privatos, atque confictos ſibi undelibet comminiſci. 3. Quia moderatus uſus punctorum (reſectis multis anomalis) poterit deſervire, tum ad alliciendos eos, qui a lingua Hebraica propter tam minutos punctuationis canones abſterrebantur: tum pro ſcriptione alicujus epiſtolæ ſi opus ſit ad amicum, quî cum de locis difficillimis Hebraicis quis agere velit; tum ad con-

condendum, ſicubi opus ſit; aliquod carmen: tùm ne quibuſdam videatur Hebraicè neſcire is, qui puncta non novit; unde ea noſſe præſtat; ſed præſtat itidem ſpernere minutiſſima, & reſecare ſuperflua: tum denique quia ſi quis ſub moderata ea punctuatione ad legendum Hebraicè aſſuefiat; poterit poſtea commodiùs tum Hebraica, tum Rabbinica ſine punctis, legere modo congruenti, ac decenti virum Hebraicè peritum, præſertim ſi bene obſervaverit Iſagogem Gilberti Genebrardi Hebraicè peritiſſimi, qui de lectione ſine punctis ſcripſit egregiè.

12. Jam ergo ad 3. & ultimam partem Prælectionis meæ perductus adversùs præjactam Concluſionem ſic argumentor. 1. Non eſt modus rectè diſcendi aliquam Linguam ille, in quo plurima vocabula privantur debita pronuntiatione, & ſenſu: ſed modus uſurpandi puncta, quem nos aſſignavimus, eſt hujuſmodi. Ergo &c. Major eſt manifeſta; quia quodvis idioma in eo ſtat, quod verba quælibet ipſius habeant pronuntiationem, & ſenſum fixa inter ſe, & bene diſcreta. Probatur minor: Si voces Hebraicæ tantùm ſunt uſurpandæ ex generali quadam punctuatione, amandando commutationes

voca-

Vocalium, ſequeretur, quòd in plurimis vocibus, cum legendum eſſet per unas Vocales v. g. per *A* vel O, legeretur per *A* vel *I*: Sed hoc eſſet vocabula plura confundere, & evertere quoad pronuntiationem, & ſenſum: Ergo &c. Major per ſe ſatis conſtat, & Minor etiam pateſcet exemplo de Lingua Latina petito, ut melius adverti poſſit. Nam ſi, ubi legendus eſt *Ramus*, lego *Remus*; ubi legendum eſt *Mora*, lego *Mira*, vel *Mera*; ubi Muſa lego *Meſa*, & ſic de aliis, penè omnem Latinitatem evertam. Ad hoc argumentum Reſp. Conc. Majori negando Minorem. Ad cujus probationem, Diſt. Majorem: quod legendum eſſet *ſtabiliter* & *ex firmo canone* Linguæ, legeretur per *I*, vel *V*, Nego Maj. vel ipſius ſuppoſitum: quod legendum eſſet variabiliter, & inconſtanter, & ex lectione non ligante ſignificationem, Conc. Maj. & Diſt. reſpective Minori, Nego Conſeq. Itaque pro plena notione hujus rei, & ſolutione argumenti, ante oculos habenda eſt ſtructura Linguæ Hebraicæ, quæ, ut contradiſtincta â Græca, Latina, & aliis, id ſibi vendicat ſpeciale, quòd nimirum præſcindendo ab omni punctuatione recèns inventa, totius Linguæ harmonia, & ſenſus reſidet penes ſolas litteras Alphabeti, quas

communiter Consonantes appellant. Unde & cernere est, nedum totam Linguam Rabbinicam sine ulla punctuatione integram, & currentem; sed & similiter Linguam Hebraicam, & alia hujusmodi scripta (de quibus legendis sine ministerio Massorethicæ punctuationis etiam Grammaticam composuit DD. Masclef verè luculentam) cum tamen, ut probationibus nostris evictum est, punctuatio Massorethica non sit Canon pro hoc Idiomate intelligendo aut firmus, aut necessarius. Maneat ergo inconcussum, quòd tota ratio eruendi sensum Hebraicum sita est in Grammatica dispositione litterarum Alphabeti, quas Consonas vocant, & in exigentia loci, & contextus. Neque aliter peti potest sensus Linguæ Hebraicæ, quæ ante captivitatem Babilonicam regnabat, & qua scripti sunt Libri Sacri; licèt inter Judæos ipsi communi usu se intelligant ex hoc vel illo more sua vocabula proferendi. Ex qua doctrina præstabilita venio ad explicandos terminos argumenti, & dico: quòd quoties sensus vocis non pendet unicè, & necessariò à prolatione ipsius, variatio illa Vocalium in hoc Idiomate, (quidquid sit de aliis) ipsum non turbat; præsertim si in inflexione verbo-

rum,

rum, & nominum principaliores regulæ conserventur, ut nos prudentes facturos arbitramur. Neque exempla allata nos cogunt. Tum quia Idioma Latinum non est tale, ut in solis cosonantibus conservetur; tum quia in eo etiam sæpissime eadem vox, & eodem sono prolata diversa significat: v.g. *satis* adverbium, & *satis* ablativo de sata satorum. Item *gratis* adverbium, & *gratis* nomen adjectivum in casu ablativi; & mille hujusmodi; & nihilominus ex exigentia loci res declaratur.

13. Obs. 2. Si punctuatio Massorethica magna ex parte repellitur; tractatus Etymologiarum, & Originum (de quibus tam copiosè Isidorus) magna ex parte convellitur; sed id non solùm evertit Linguam Hebraicam, sed & reliquas &c. Major constat, quia diversimodè pronuntiando aliquod verbum, perit ejus etymologia; & ideo si radicem Hebraicam. אָפַן *Afan* pronuntiemus v. g. *Efon*, periit etymologia, quam hic ducit Lingua Hispana de Lingua Hebræa. Siquidem אָפַן *Afan* Hispanicè significat quemdam motum solicitum, citatum, aliquando gyrovagum. Cumque radix illa Hebræa *Afan* significet *Rotare*, statim apparet etymologia vocis Hispanæ ex Lingua

Hebræa : & ſimiliter accidit in pluribus verbis . Minor etiam conſtat, quia ex magna parte perire videtur quælibet Lingua , dum ita obſcuratur, ut recta notio verborum ipſius haberi non poſſit . Ad hoc Argumentum . Reſp. 1. Neg. Maj. Quia negocium ducendi etymologias Linguarum etiam eſt valde incertum , ut paſſim cernitur, aliis hinc , aliis verò inde etymologiam venantibus . Unde ſi de diverſa pronuntiatione vocabulorum v. g. viginti etymologiæ perirent ; fortè ex ália parte plures , vel aliæ totidem detegerentur, ac reſultarent. Reſp. 2. Neg. Min. Quia licèt perirent aliquæ etymologiæ nulla Lingua periret : non Hebraica, propter ea , quæ ſupra diximus ; quòd ſcilicet hæc conſiſtat in Conſonantibus : neque alia Lingua, quia ubi nulla eſt etymologia certa , nulla perire poteſt . Unde licèt bene accommodetur aliqua ex punctuatione Maſſoretharum , cum hæc non ſit firma , neque etymologia eſſe poterit ; & nihil quod certò non eſt, poteſt perire certò . Reſp. 3. rurſus Neg. Maj. quia nulla etymologia verè peritura eſt , licèt pro Peritis , qui eam debent tractare, non tam præſens aliqua occurrat . Nam juxta naturam Linguæ Hebraicæ , quoties ad eaſdem litte-

raş

ras Consonas accedatur proximè, rite ducetur etymologia, si etiam significatio congruat.

14. Objicies 3. Si multæ regulæ punctuationis Hebraicæ resecantur; non erit cuiquam facile ita Hebraicè scribere cum punctis, ut ab alio distante Epistola possit intelligi: sed hoc est deficere quasi in media parte tradendi Linguam Hebraicam. Min. constat: Quia cujuslibet Linguæ altera pars est construere, altera verò componere. Major probatur: Quia si passim occurrant defectus legitimæ punctuationis, passim hærebit, & confundetur qui vult legere Epistolam. *Confirmatur*. Si genus hujus prolationis invertitur; colloquia Hebraica interdicuntur; quod non desinit esse inconveniens. Ad hoc Argumentum. Resp. Neg. Maj. Quia præterquamquod Judæi sese satis intelligunt per scripta omni punctuatione remotâ; in nostra sententia punctuationem omnino non tollimus, sed tam pro nominibus, quàm pro verbis, & particulis eam relinquimus, quæ non solùm futura sit admodùm satis; sed quæ penè videatur nullam ex primis, & principalioribus regulis prætermittere ad bene moderandam, riteque decorandam quamlibet Hebraicam

ſcripturam. *Ad Confirmationem* ſimiliter Reſp. dicendo, Quòd quamvis nos punctuationem non ſumamus adeo ſcrupulosè; ſed multas mutationes, præcidamus, ſervatis interim capitalioribus, non propterea tollitur ratio ineundi colloquium Hebraicum, ſive inter Noſtros, qui cum de vocibus Hebraicis in Bibliis contentis illud texere poſſint, ſatis ſe intelligent, ſi loquantur cum punctuatione Biblica, vel cum noſtra magis modificata, quæ à prima non valde diſcrepat: ſive inter Judæos, qui auditis ſuis vocabulis, & quidem ſolemnioribus Vocalibus pronuntiatis, poterunt ſatis percipere mentem loquentis; licèt in efferendis ſic, vel aliter quibuſdam ſyllabis non omnino convenirent ambo colloquutores. Quod vehementius confirmatur ex iis, quæ affert DD. Maſclef in ſua Grammatica proleg. 22. per hæc verba: *Neque etiam cum res voce geritur, impoſſibile erit iis, qui nova methodo utentur, cum Judæis diſſerere; idque ipſe non ſemel expertus ſum in colloquiis viva voce habitis non tantùm cum ſupradictis, Daniele Zea, & Elia Praz; ſed & cum aliis quibuſdam. Non enim curant Judæi, quomodo pronuntietur Hebraicè*. Si ergo in methodo talis Authoris qui

qui omnem omnino pronuntiationem facit novam, & penitus adinventitiam, colloquentes sese intelligunt; quanto melius intelligent Judæi loquelam Hebraicam, quæ omnibus capitalioribus regulis suæ punctuationis non sit difformis.

15. Obs.4. Sub hoc tenore punctuationis saltem omnis Poësis Hebraica truncaretur; sed id est absurdum; Ergo &c. Major constat: Quia juxta nostram sententiam, videtur negligi quoad suas regulas omne Sceva compositum; sed in iis potissimum stant syllabæ breves, unde pedes fiant ad carmina componenda; ergo Poësis Hebraica everteretur. Ad argumentum Resp. 1. Neg. Min. Quia Poësis prisca omnium consensu jam periit. Poësis verò recens cum ligatura pedum, & syllabarum ad nihil est necessaria; & cum solo rithmo, & numero syllabarum ad instar Poësis Hispanæ posset aliquid confici, dum oporteret. Resp. 2. Neg. Majorem: Quia in primis cum Sceva simplici, quod frequens occurrit (& est syllaba brevis ad formandos pedes solitos, scilicet, Jambum, Bachium, & Creticum) carmen confici potest. Præterquamquod nos non excludimus Sceva compositum, tum sub Gutturalibus, tum alibi. Unde & ad finem nostræ Grammaticæ

maticæ nonnulla carmina ſubnectuntur; parcè tamen de more noſtro.

16. Colliges 1. Rationem a priori totius noſtri Syſtematis in hac re, in eo ſtare, videlicet, quòd hoc Idioma præ aliis de ſolis litteris Conſonantibus (quas dicunt) totam ſuam harmoniam efformat, ſervientibus nimirum quibuſdam ex iis pro vocalibus. Quare cum tota punctuatio ex communi ſententia ſit recens; & poterit ex toto repelli, ut faciunt nonnulli; & poterit ex toto cooptari, ut faciunt plurimi; & poterit ex parte amplecti, & negligi ex parte, uti nos commodiùs factum iri cenſemus, ne tot, & tanti ab hujuſmodi ſtudio verè gravi, & fructuoſo perterreſiant. Colliges 2. Nos de mutatione punctorum ſolemniores regulas, & generaliores ulnis obviis amplecti; cæteras verò combinationes, & mutationes punctorum anomalas, & penè dixerim ridiculas, ſuperſtitioſas, & quaſi larvas ad diſcipulos abigendos, ſponte dimittere.

GRAM-

# GRAMMATICA
## HEBRAICA

*Pro commoditate ſtudentium breviſſimè concinnata ad uſum ſcholarum Collegii Imperialis Soc. Jeſu Matritenſis.*

### CAPUT I.
*De figura, nomine, & vi litterarum.*

NIhil in quovis idiomate priùs faciendum eſt, quàm ut ii apices, & elementa aperiantur, in quibus illud à cæteris diſcrepat. Quare, ut res ordinatè procedat, accipe

## ALPHABETUM HEBRAICUM

| Figura | Nomen | Poteſtas | Numerus |
|---|---|---|---|
| א | Aleph | Aſpiratio ſuavis | 1 |
| ב | Beth | B. | 2 |
| ג | Ghimel | Gh. | 3 |
| ד | Daleth | D. | 4 |
| ה | He | H. | 5 |
| ו | Vau | V. | 6 |
| ז | Zain | Z. | 7 |

Chet

| | | | |
|---|---|---|---|
| ח | Chet | Ch.J.Hispanus | 8 |
| ט | Teth | T. | 9 |
| י | Jod | J. | 10 |
| כ ך | Caph | Ch. | 20 |
| ל | Lamed | L. | 30 |
| מ ם | Mem | M. | 40 |
| נ ן | Nun | N. | 50 |
| ס | Samech | S. | 60 |
| ע | Hhajin | Densa aspiratio. | 70 |
| פ ף | Phe | Ph. | 80 |
| צ ץ | Tzade | Tz. Ts. | 90 |
| ק | Coph | Q. K. | 100 |
| ר | Resch | R. | 200 |
| שׂ שׁ | Scin Sin | Sc. S. | 300 |
| ת | Thau | Th. | 400 |

1. Nota, quinque litteras sic duplicatas in figura, videlicet ךםןףץ, duo habere in hoc Alphabeto specialia: alterum est, quòd ita quidem, & non sub prima figura sunt scribendæ, quoties in fine dictionis scribi debebunt: alterum est, quòd ad numerandum supplent reliquas centurias usque ad millenarium sub hac forma.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1000 | 900 | 800 | 700 | 600 | 500 |
| א | ץ | ף | ן | ם | ך |

2. Pro

2. Pro numerando verò deinceps conjunguntur millenaria, Centuriæ, Decades, & unitates, eo, quo oportet, modo, ut ſumma deſiderata reſultet: v. g. ſi volo exprimere currentem annum 1727. ſic pingam אןכז; & ſi velim notare 125. ita קכה. Quando verò occurrit duplicare millenaria, duobus modis fieri poterit, vel appingendo illam virgulam ſupra litteram reſpondentem ad numerum duplicantem millenaria: v.g. ſic בּ ideſt 2000. vel adjungendo ad Aleph ut ſupra notatum numerum duplicantem, ſic. בא 2000. דא 4000. ſed ſine virgula debet eſſe littera prima; & etiam in Decadibus, & Centuriis millenariorum v. g. נא 50000. קא 100000. Id autem, quod Caſtelli Grammatica ait, ſcilicet, virgulam ab inferiori parte ſuſpenſam numeros denotare, mihi non ita probatur: quippe neque in ſcriptura Quadrata, neque in Rabbinicis ſcriptis, quorum nonnulla vidi, talem morem appingendi arithmeticam Hebraicam adhuc inveni. Littera *Scin* cum puncto ſiniſtro ſuavior eſt, & interdum diverſam radicem agit, ac eadem cum puncto deſtro. Littera ע non tam denſiſſimè ponitur efferenda: tum ex uſu Rabbinorum; tum quia in

in Bibliis voces, quæ ab ea incipiunt suaviter redditæ inveniuntur. De quo latè Johannes Terentius in dissert. Hebraicis.

## CAPUT II.
### *De Vocalibus*.

1. CUm viginti duas litteras habeat Alphabetum Hebraicum; hac tempestate receptius est, eas omnes esse Consonantes; licèt nonnullæ soleant censeri esse vocales ut ה · א · &c. Quidquid autem sit de veteribus Vocalibus Hebreorum, & vetusto modo legendi Hebraica sine punctis, de quo non pauca Gilbertus, Genebrardus in Isagoge; & nos cum eo in Dissertatione Apologetica; nunc verò temporis communius in Grammaticis, & Lexicis recepta est illa punctuatio, & Vocalium discretio, quæ fuit opus Judæorum Massoretharum, qui, ne usus Linguæ S. periret, per quædam puncta Vocales distinxerunt, & affixerunt. Quæ tamen, utpote Judæorum opus, & fabrica, non plenam fidem merentur, quoad significata definienda, maximè in locis, ubi apparet in eis aliquid minus congruum. At verò pro communi studio, & exercitatione rei Grammaticalis, salvo cæterorum judicio, mihi videtur, hæc punctuatio nobis esse se-

ſequenda in tradenda Grammatica, nec quoad interpretationem Textus, ſanioris judicii ſit, eam non maximi facere, ſed ad Textum ipſum nudum ſeſe recipere. In Lingua enim tam peregrina diſcenda multa oboriretur confuſio, ſi paſſim occurrentes Grammaticæ, & Lexica, nedum amoverentur, ſed quaſi corrigenda haberentur.

*Vocales ergo, ſeu puncta ſunt quatuordecim.*

| | Nomen | Figura | Poteſtas |
|---|---|---|---|
| Quinque longa | Camets | ָ | a |
| | Tſere | ֵ | e |
| | Chiric Gadol | יִ | i |
| | Vau Cholem | וֹ | o |
| | Shurek | וּ | v |
| Quinque brevia | Pathach | ַ | a |
| | Segol | ֶ | e |
| | Chiric Katon | ִ | i |
| | Camets Catuph | ָ | o |
| | Kibbuts | ֻ | u |
| Quatuor breviſſima | Scheva Simplex | ְ | e |
| | Cateph Patach | ֲ | a |
| | Cateph Segol | ֱ | e |
| | Cateph Camets | ֳ | o |

Cir-

Circa ejusmodi puncta notandum est primò, quòd Cholem aliquando, & frequenter, solet inveniri sine Vau ו, sed solùm cum puncto appenso in littera sequenti, sive in sinistro latere suo v. g. מֹשֶׁה idest Moyses, vel Moses. Hic autem jam apparet occasio illa confusionis, quam observabis de hoc puncto cum puncto utrovis litteræ שׁ siquidem ignorari potest: an sit vocalis Cholem sua, vel antecedentis; an solum character litteræ שׁ. Unde ad distinguendum id subnotabis, quòd scilicet, si littera Scin, vel anterior, quæ ad aliam syllabam non pertinet, caret vocali, debes illud legere, ut *Cholem*; sicuti in exemplo superiori מֹשֶׁה. Si verò sua vocali gaudet, erit punctum (dextrum, aut sinistrum ex forma radicis) litteræ Scin שׁ.

2. Notandum est 2. Quòd Camets Catuph, & Cateph Camets scripta sunt hac eadem figura ׳׃ & primum est O breve; secundum brevissimum. Discriminis autem ratio stat in eo, quòd Camets Catuph inveniri solet cum sola figura, quasi esset Camets v. g. sic ׳ & tamen pronuntiari debet, ut O breve. 1. Quando invenitur hæc figura Camets ׳ ante ׳׃ Camets Catuph, vel Cateph Camets; & quidem licèt mediet accentus, & tunc

tunc ſecundum videtur fore breviſſimum. 2. Hoc punctum ּ debet proferri ut O ſemper ac ſit ante Sceva ְ niſi mediet accentus, ſive illud ſit expreſſim; ſive intellectum (& ſtatim dicemus quando ſubintelligitur) v. g. חָכְמָה *Chochma*: quia eſt ante Sceva expreſſum, & non mediat accentus; è contra vero חֲכָמָה *Chachema*. 3. Quando ſit ante Daghes, aut Macchaph, non antecedente א aut ה. Quando verò debeat ſubintelligi Sceva, eſt facile cognitu. Quia in Caph finali ך niſi habeat Camets, nedum intelligi, ſed ſcribi etiam debet: in reliquis vero litteris, quæ mobiles dicuntur præter יהוא idest Jod, He, Vau, Aleph, quæ ſunt quieſcentes ſemper Sceva intelligitur, dum reperiuntur in fine. Inſuperque ſi habet aliqua littera Daghes forte, quod eſt nota duplicandi litteram; tunc in prima ex geminatis intelligitur Sceva mutum v. g. כֻּלּוֹ idest *Collu*.

3. Hinc notabis 3. ex hoc exemplo, quod præter punctum in ventre litteræ, quod format vocalem וּ Sciurek; invenitur punctum etiam in medio litteræ, quod non eſt vocale. Quod ſi invenitur in littera הּ monet, illam tunc non quieſcere, vocaturque Mappik; ſi verò in aliis litteris, appellatur Daghes:

& eſt

& eſt vel forte, vel lene; hoc tantùm invenitur in ſex litteris ſcilicet בְּגַד כְּפַת *Begad Chephath*: & ſcribi non ſolet, niſi in principio dictionis, vel quando veniunt poſt Sceva mutum in eadem, aut diverſa dictione. Dicitur lene, quia non duplicat litteram, ſed regit pronuntiationem litterarum, tollendo aſpirationes: unde tales litteræ ſic proferuntur B. G. D.C. P.T.Daghes autem *forte* invenitur in omnibus litteris præter ר Reſch, & quas gutturales vocant, ſcilicet אֲחָהָע. Ejus verò officium eſt litteram, cui infigitur, geminare: v. g. in hac voce כֻּלּוֹ *Collu*: in prima eſt Daghes lene, in ſecunda forte, in tertia non eſt Daghes, ſed punctum vocale formans *Sciurek*.

4. Notabis 4. Hoc punctum (ְ) Sceva interdum quieſcere, interdum moveri; ideſt, interdum pronuntiari, interdum verò non pronuntiari. De quo hæc eſto regula: *Quoties ad Sceva præcedit aliquod punctum breve, vel accentus Grammaticus; quieſcit*. Cujus tamen regulæ ſunt duæ advertentiæ, vel exceptiones 1. eſt, quòd ſi littera habet Daghes, ſemper profertur, v. g. לִמְּדוּ ideſt *Limmedu*. Et eodem modo ſi eſt geminata v. g. הַלְלוּ Hallelu. 2. eſt, quòd unum Sceva non eſt punctum breve, ſed

bre-

breviſſimum . Quando autem utrumque venit poſt accentum Grammaticum, quieſcit utrumque . Nota 5. de Diphtongis quòd Jod, & Vau ſæpe coeunt in diphtongum, ſi præcedit Camets, Patach, Cholem, Sciurech, v. g. דְּבָרַי Triſyllabum גוֹי Monoſyllabum &c.

## CAPUT III.

### *De ratione legendi, & ſcribendi.*

1. Ntequam de ratione legendi aliquid dicam, præcognitæ eſſe debent diviſiones, quæ conſueſcunt fieri de viginti duabus Hebræorum litteris. Et cùm jam de iis, quæ Quieſcentes, & quæ Gutturales, & quæ Dagheſſabiles ſunt, ſatis ſupra conſtiterit; reſtant explicandæ aliæ Labiales, ſcilicet בּוּמַף quia labiis; aliæ Palati, nempe גִּיכָק; aliæ Linguæ ut ſunt דַּטְלְנַת; aliæ Dentium, ſcilicet זַסְצְרַשׁ juxta illud membrum, & organum quo proferuntur. Hæ autem diviſiones parum neceſſariæ, aut utiles ſunt, niſi pro advertenda confuſione ſolita fieri in litteris ejuſdem organi; aut pro critica, ut advertit DD. Maſcelf. Ea vero eſt diviſio permagni momenti, quæ viginti duas litteras ex æquo partitur in undecim Radicales,

cales, & totidem Serviles. Hæ ſunt ſequentes מֹשֶׁה אֵיתָן וְכָלֵב: reliquæ vero ſunt radicales; ideo ſic dictæ, quia ſunt ſemper de themate, ſeu radice ſignificandi; & nunquant ſerviunt ad formanda nomina tempora, & caſus; ſunt autem גד זחט סעפצקר.

2. Quoad legendi morem, quemadmodum Latini, & Græci legunt incipientes lineam à ſiniſtris ad dextrum latus uſque percurrentes; & Japones, ac Sinenſes ducunt lineas, lectionemque ſuam à ſumma pagina deorſum deſcendentes; ſic Hebræi, Orientaleſque, ut Syri, Arabes, Chaldæi & legunt lineam, & pingunt à dextro latere incipientes, ſiniſtrorſumque procurrentes. Cum autem legere nihil aliud ſit, quàm aptè jungere vocales, & conſonantes, ut in primis ſuas reddant ſyllabas debitas, indeque nomina verba, & ſignificata conficiant; ſciendum eſt, nunc temporis Hebræorum vocales non ad latus, uti Latinas, ſcribi, ſed infra eas litteras conſonantes, quibus cum ſyllabas ſunt formaturæ: & quidem ita, ut in ſyllabæ prolatione prius ſonet conſona, quàm vocalis v. g. כּוֹכּוּ כָּבֵבִּי Excipiuntur tamen hæ tres litteræ dum ſunt in fine עחה, quoties antè eas non præcedit Camets, vel Patach; quia tunc ut

ut ritè proferantur, nedum eis subscribitur Patach (quem vel necessitatis, vel suffuratum vocant) sed prius pronuntiatur v. g. עָהַהּ *Ahh. Ach. Ah.*

3. Pro legendo verò alias punctuationes, præter vocales relatas observanda sunt genera accentuum, qui apud Hebræos in copia sunt; licèt hic solum, quæ necessaria sunt insinuentur. Duplex distinguitur accentus: alter *Rhetoricus*, alter *Grammaticus*: ille quidem qui ornatus, & ministerii causa appingitur; hic vero propter sonum, & prolationem. Quare ubicumque unicus ille sit; erit Grammaticus: consuescuntque Hebræi, sicut & Græci dictiones non mittere sine accentu. Qui quidem Grammaticus plerumque in ultima, nonnunquam in penultima, ut suo loco dicetur, sedem habet; dictioque illa, quæ habet in penultima, *Milel*; quæ in ultima verò, *Milra* vocatur. Jam ergo *Rhetoricus* accentus principalior est duplex: alter *Metheg*, qui inter Sheva & Camets pingitur, & quasi frænat syllabam in Camets, ut non fiat Camets Chatuph, & Sceva moveri possit: & pingitur sic v. g. in hac voce לָמְדָה *Lamedah*: primus est *Metheg* Rhetoricus, & ultimus est *Grammaticus* ad acuendam ulti-

mam syllabam. Alter vero dicitur Maccaph, qui jungit dictiones duas eas sub eodem accentu Grammatico proferendo v. g. כָּל־גּוֹי *Colgoi : omnis gens*. Accentus vero Grammaticus etiam est duplex in genere, licèt plures postea in specie. Alius enim est *Orthographicus*, qui servit ad sensus, & periodos distinguendas v. g. 1. *Soph Pasuk*, qui claudit integras periodos instar nostri puncti rotundi, sed pingitur sic :, ad latus sinistræ litteræ postremæ v.g. בָּ׃. 2. est *Athnak*, qui subtus litteram sic figuratur בָ֑ & pro duobus nostris punctis deservit, licèt non semper. 3. est *Zakeph Caton*, qui sic pingitur supra litteram בָּ֔ & est instar nostri incisivi vel commatis cum puncto. 4. est *Rewia* qui est instar nostri incisi, aut commatis communis, & sic appingitur בָּ֗, vel in medio בָּ֗. Reliquum agmen Grammaticorum accentuum, qui inter Regios, & Ministros dissecantur, omnes conveniunt in efferenda syllaba, quam afficiunt; sed tamen usitatior ille videtur esse, qui & silluk dicitur, & est virgula recta pendula infra litteram sic בָֽ. Differitur post de reliquis locupletius, uti de *Keri*, & *Ketib*, quas varias lectiones vocant, ubi plus oportebit.

Quoad

Quoad ſcribendum, cum id præſtandum ſit non alio tenore, niſi quo legendum eſt; id tamen obſerva, ſcilicet, quinque litteras hujus dictionis nempe אֲהַלְמַת, quando ſunt finales, longiori, & liberiori figura ſolere protendi ſic, אהלמת, ad lineam ita pingendam, ut in fine nullum verbum dividendum ſit cum linea ſequenti, id enim refugit ſcriptura Hebræa. Quòd ſi nihilominus aliquando in fine lineæ verbum debet incipere, quin finiri queat uſque ad ſequentem, prima littera ſolùm geminatur uſque ad explendum hiatum, & poſtea initio ſequentis lineæ rurſus cum toto verbo integro pingitur. Geminatio enim illa ſolum eſt reclamatio ad lineam ſequentem.

## CAPUT IV.

### *De Nomine*, & *Pronomine*.

1. NOmen conſtat caſu, numero, & genere. Caſus denotantur per aliquas litteras præfixas nomini, ipſique adhæreſcentes, ſcilicet pro genitivo ה; vel quando verbum præcedens eſt in ſtatu regiminis, quod per ׳ finale dempto ם, & ה

 con-

conſtare ſolet in plurali, & in ſingulari per litteram ת ubi futura erat ה, aut per puncta, ut poſt explicabitur. Item hæc nota שֶׁל ſeparatim antecedens genitivum indicat; ſed id moris potius eſt inter Rabbinos, quam in lingua Hebraica doctrinali. Pro Dativo לְ voci adhærens; pro Accuſativo אֶת proximè antecedens, & quandoque conjunctum per accentum Maccaph v. g. אֶת־דָּבָר verbum, אֶת־עָם populum, Ablativus vero (nam Vocativus, vel eſt ſine littera præfixa ut Nominativus, vel cum הַ ut Genitivus.) notatur vel per præpoſitionem מִן antecedentem, vel per ſolam litteram מ præfixam, & ſequente Daghes v. g. מִדָּבָר *d*, vel *ex*, vel *præ verbo*. Præter has litteras præfixas pro formatione caſuum aliæ quoque litteræ præfigi ſolent, ut ב; & eſt præpoſitio *in*: v.g. בַּאדֹנָי *in Domino*. Litera וְ quæ eſt copulativa *&*, per וּ ponitur, ſi ſequitur aliud Sceva, aut littera labialis: & dicitur ו verſivum: quia de præterito facit futurum cum *Sceva* ſubſcripto; & etiam cum *Patach* facit de futuro præteritum: v.g. וְאָמַרְתָּ *& dices* .... וַיִּפְקוֹד *& viſitavit*. Item litera כְּ ideſt *ſicut* v. g. כְּלֶחֶם ſicut panis. Item הַ quod vocatur demonſtrativum, & eſt ſicut articulus Græcorum ὁ, ἡ, τό, & eſt acc-

como-

comodabile ad omnia genera, numeros, & casus, infigitque Daghes forte in littera sequenti. Demum שׁ præfixum voci est relativum, *qui*, *quæ*, *quod*, pro quovis genere, numero, & casu, infixo quoque Daghes forti in littera subsequente: v. g. שֶׁעָשָׂה qui fecit. Et quia, quando littera subsequens est ex illis, quæ non admittunt Daghes, vocalis brevis transit in longam v. g. ֶ in ֵ scribi debebit שֵׁעָשָׂה; quia ע est Gutturalis, & excludit Daghes.

2. Numerus inter Hebræos ultra singularem, & pluralem, est etiam dualis, cujus terminatio propria est ַיִם v. g. de יוֹם fit יוֹמַיִם idest *biduum*, vel dies duos. Pluralis in masculinis fit addendo ִים v. g. שִׁירִים *Cantica*. In fœmininis fit addendo וֹת v. g. de אוֹת quod significat signum fit אוֹתוֹת *Signa*. In singulari vero fit, prout de ipsismet radicibus derivatur, atque formatur; quod in propriis locis adinvenitur. Formari vero solent 1. vel mutatione punctorum sola v. g. מָלַךְ *Regnavit* מֶלֶךְ Rex. 2. repetendo litteram aliquam radicalem ut קָדְקֹד *Karkod vertex* ex radice קָדַד. 3. Per litteras, quas *heemanticas* vocant, scilicet הֶאֱמַנְתִּי: & ex his מ, א præponi solent; ה postponi; reliquæ ante, aut post collocantur.

tur. Si verò Radix eſt defectiva; etiam in nominibus inde formatis defectum ſervat. Quando vero formatur dualis, aut pluralis littera ה numeri ſingularis, (imò & quandoque ת ſervilis) abjici ſolet v. g. חמָּה *numerus* habet plurale חומות. Numeri autem interdum ita miſcentur in nominibus, ut alia habeant duale ſine ſingulari, & plurali, ut מַיִם aquæ: alia pluralem tantùm, ut פָּנִים: alia dè ſingulari fœminino, ut יוֹנָה faciant plurale maſculinum, v. g. יוֹנִים: alia de ſingulari maſculino faciant plurale fœmininum, v. g. de אָב Pater fit אָבוֹת: alia in plurali habent utramque terminationem, v. g. דוֹר *ætas* facit דוֹרִים & דורות. Necnon pluralia fœminina ſolent cum affixo imitari terminationem maſculinam, v.g. אֲבוֹתֶיךָ Patres tui.

3. Pro genere verò nominum dignoſcendo duplex eſt via: Altera nimirum, ex terminatione: quia finita in ה· ת· ית· ות ſunt fœminina. Altera vero ex ſignificatione: unde quæ ſignificant urbes, gentes &c. membra geminata, ut manus, oculos, & ſunt etiam fœminina. De cæteris vero pleraque maſculina; licèt plura communia. Neutrô verò genere carent Hebræi, quod rarius per maſculinum; ſæpius verò per fœmini-

mininum ſuppletur, & uſurpatur. De Adjectivis maſculinis fiunt fœminina more participiorum, vel addendo ה. v. g. טוֹב *bonus* facit טוֹבָה bona (ſi autem nomen maſculinum finitur in ה. ſolum mutatur . in . v. g. יָפֶה *Pulcher* יָפָה *Pulchra*) vel addendo ת. v. g. de אַחֵר *alius fit* אַחֶרֶת alia ordinalia v. g. שֵׁנִי *ſecundus*, addit ת v. g. שֵׁנִית *ſecunda*. Gentilitia verò, ut עִבְרִי *Hebræus*, vel addit ſimiliter ת v. g. עִבְרִית Hebræa עִבְרִיָּה *Hebræa*. Pro formando comparativo, & ſuperlativo, quo carent Hebræi, utuntur particulis poſtpoſitis: v.g. pro comparativo מִן; & eſt *præ*: v. g. טוֹב מִיַּיִן *bonus præ vino*: & טוֹב מְאֹד *bonus valde*, ideſt *optimus*.



Per-

| Personæ. | Nom. | Genit. | Dativ. | Accuſ. | Ablativ. |
|---|---|---|---|---|---|
| Ego Com. | אֲנִי | שֶׁלִּי | לִי | אוֹתִי | מִמֶּנִּי |
| Tu Maſc. | אַתָּה | שֶׁלְּךָ | לְךָ | אוֹתְךָ | מִמְּךָ |
| Tu Fœm. | אַתְּ | שֶׁלָּךְ | לָךְ | אוֹתָךְ | מִמֵּךְ |
| Ille. | הוּא | שֶׁלּוֹ | לוֹ | אוֹתוֹ | מִמֶּנּוּ |
| Illa. | הִיא | שֶׁלָּהּ | לָהּ | אוֹתָהּ | מִמֶּנָּה |
| Nos Com. | אֲנַחְנוּ | שֶׁלָּנוּ | לָנוּ | אוֹתָנוּ | מִמֶּנּוּ |
| Vos Maſc. | אַתֶּם | שֶׁלָּכֶם | לָכֶם | אֶתְכֶם | מִמְּכֶם |
| Vos Fœm. | אַתֶּן | שֶׁלָּכֶן | לָכֶן | אֶתְכֶן | מִמְּכֶן |
| Illi Maſ. | הֵם | שֶׁלָּהֶם | לָהֶם | אוֹתָם | מֵהֶם |
| Illæ. | הֵן | שֶׁלָּהֶן | לָהֶן | אוֹתָן | מֵהֶן |

## De Pronomine Possessivo cum Suffixis.
### Paradigma.

Nomen Singulare *Canticum*,
Nomen Plurale *Cantica*.

Suffixa Possessiva, Nom. Singulare.

| Persona. | Suffix. | שִׁיר | Person. | Suffix. | שִׁירִים | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. Com. | י | שִׁירִי | 1. Com. | ַי | שִׁירַי | Mea |
| 2. M. | ְךָ | שִׁירְךָ | 2. M. | ֶיךָ | שִׁירֶיךָ | Tua |
| 2. F. | ֵךְ | שִׁירֵךְ | 2. F. | ַיִךְ | שִׁירַיִךְ | Tua |
| 3. M. | וֹ | שִׁירוֹ | 3. M. | ָיו | שִׁירָיו | Sua |
| 3. F. | ָהּ | שִׁירָהּ | 3. M. | ֶיהָ | שִׁירֶיהָ | Sua |
| | | | | | | |
| 1. Com. | ֵנוּ | שִׁירֵנוּ | 1. Com. | ֵינוּ | שִׁירֵינוּ | Nostra |
| 2. M. | ְכֶם | שִׁירְכֶם | 2. M. | ֵיכֶם | שִׁירֵיכֶם | Vestra |
| 2. F. | ְכֶן | שִׁירְכֶן | 2. F. | ֵיכֶן | שִׁירֵיכֶן | Vestra |
| 3. M. | ָם | שִׁירָם | 3. M. | ֵיהֶם | שִׁירֵיהֶם | Earum. Eorum |
| 3. F. | ָן | שִׁירָן | 3. F. | ֵיהֶן | שִׁירֵיהֶן | Earum. Eorum |

Suffixa Plural. Nom. Singul.

Nom. Plurale. Suffixa Possessiva

Nom. Plurale Suffixa Pluralia

4. In

4. In his paradigmatis Suffixorum notabis duo: aliud, quòd Vocales, quæ juxta Suffixa ſolitaria ponuntur, debebunt præire ſub littera nominis antecedente ad Suffixum, ut in ipſo Paradigmate cernitur: aliud eſt, quòd quando Camets, vel Patach præcedunt immediatè ad litteram י vel ו faciunt diphtongum v. g. שִׁירַי *Cantica mea*, & profertur *Scirai*.

5. Tria inſuper alia pronomina ſunt, quæ omnia ſuſcipiunt ſuos articulos præfixos pro caſibus, & præpoſitiones regentes, ac ſi eſſent nomina, & ſunt admodum facilia v. g. *Demonſtrativum Hic*, & *hæc*, & cujus maſculina terminatio eſt זֶה pro omnibus caſibus ſingularis numeri, & זוֹאת, זֹה, זוּ, pro fœminino, ac neutro ſingulari; זוּ verò communis in ſingulari pro omnibus. Et pro plurali communi אֵלֶּה & אֵל hi, hæ, & hæc. 2. Relativum: & ſi eſt ſeparatum eſt, אֲשֶׁר; ſi præfixum eſt, שֶׁ; itidem pro omni genere, & numero. 3. Demum pronomen interrogativum. *Qui*, *quæ*, *quod*, & quidem ſi eſt de homine v. g. *quis*, dicitur מִי; ſi de alia re quapiam מַה מָה, מֶה, ideſt *quid*. Si vero antecedit ad Relativum, tunc vertitur in pronomen. *Is*, *ea*, *id* v. g. מַה שֶּׁעָשָׂה *id*, *quod fecit*.

CA-

## CAPUT V.

### *De mutatione Punctorum.*

1. IN hac re, quæ ſpectrum eſt terrificum Incipientium, arbitror oportere liberius incedere, tum propter ea, quæ ſatis doctè promovet in ſuis Prolegomenis DD. Maſclef, tum propter ea, quæ mihi apparent. Sic licèt de hoc fusè in Diſſertatione prooemiali, 2. tamen, quia forte cudi ſeorſum poterit hæc Grammaticella, aliqua prælibabo 1. punctuatio hæc Maſſorethica à Rabbinis inventa non tanti ſit, aut fieri debet, ut de ea fiat idolum; ſed ſolùm mancipium; quare iis quæ ſervitura ſint cooptatis, quæ potius nocitura ſunt, deſerantur. 2. Hi Rabbini, ut ego ſuſpicor, aut minus methodici extiterunt, dum Linguæ ſuæ uſum ſervare tentârunt: non enim rem bene digeſſerunt, & concoxerunt uſque ad regulas ſatis fixas; ſed pene omnia ita mobilia ſunt, ut arenaria Arabiæ: aut nimis extitêre ſuperſtitioſi, quòd & ipſorum morbus eſt perantiquus: ſiquidem pro quavis diſciplina rite tradenda, plura minuſcula prętereunda ſunt. 3. Inde nati ſunt tales labyrinti

rinti in variatione punctorum, ut homines, etiam studio ferrei, ingenio, & memoria valentes, desperent de re, dum paucula, quæ laboriosè didicerunt; vident in lineis subsequentibus illico deturbata. 4. quod licèt daremus omnia hæc, speculativè loquendo, posse consistere; at dum hæc punctula ad typos veniunt; fit horror in discernendo, typica confusio in transmutando. 5. Quia varietas efferendi, & sonandi syllabas suas cuique nationi ita est propria, ut multo meliùs in Linguam Hebraicam mortuam, & vetustissimam refundatur. 6. Quia totus labor discendi Hebraicè pro legendo, & intelligendo est in Bibliis, quæ si punctuata sunt; ibi erunt servati canones punctuationis; & solum restabit dare sonum Vocali jam cognitæ. Componere autem Hæbraicè, aut nunquam occurrit, vel admodum raro: & tunc fieri poterit sine punctis (siquidem is usus Linguæ maximè curandus est) vel si quis velit cum punctis; tunc pro illa opportunitate cuidam Grammaticæ agenti de mutatione punctorum incumbet. Quandoquidem, & si talem artem punctuandi ad amussim didicisset; nisi haberet usum plurimum, (qui semper deest in re tam peregrina) semper eas leges implexissimas reattingere cogeretur.

tur. Atque idem pro Poesi aliqua breviuscula dictum esto. Nam vel contentus esse poteris cum rithmo Consonantibus; finiendo semper cum eâdem syllabâ, & accentu (& quidem non aliam Poësim admittunt Sglauther, & Masclef in suis Grammaticis) vel pro breviusculo Epigrammate conficiendo, tunc casûs eas punctuationes Massorethicas visitabis. Nam pro hoc solum quantitas breviusculæ syllabæ, aut longæ sub hoc vel illo situ conducere videbitur; ut harmonia pedum servetur. Præter hoc autem neque ad prolationem ipsam (nunc præsertim) interest, longane, an brevis esset Vocalis aliqua pronuncianda. Quia quamvis olim syllaba longa de more per duo spatia temporis efferretur, & brevis per unicum, unde & primitus duplicari solebat syllaba longa; at jam eodem spatio temporis, quoad prolationem attinet, & brevis, & longa syllaba pronuntiari consuescit. Ac tandem licèt ea, quæ sunt crebra, & varia, multipliciaque præcepta pronuntiationis ab adolescentibus, qui plus valere solent memoria, & conatu, retineri, ac satis combinari possent; nihilhominus cum fructus hujus Linguæ Sanctæ magis sit pro ætate matura; hæc quidem, si hujusmodi studium inchoat, prospecto tam

variæ

variæ punctuationis terriculamento , procumbit ; & si forte in prima ætate didicerat, jam illa minutissima penitus exciderunt . Quare de primo ad ultimum satius erit rem attingere ita temperatè , ut explicatis jam talibus punctis , quatenus possint juxta ea legi voces punctuatæ; insuper pro mutatione nonnullæ capitaliores regulæ subscribantur, amputatis exceptionibus , & contra exceptionibus, quæ horrorem incutiant .

2. Itaque Regula 1. est ; Puncta mutabilia sunt · ∵ ‥ ו dum sunt in ultima , aut penultima syllaba ; & : etiam in aliis .

3. Reg. 2. Accentus distinctivus convertit breves in longas similes , propter pausam , quam poscit ; v. g. ∵ in ‥ ; Patach in Camets . Et accentus *Macaph* e contra longas in breves ; quia accelerat v. g. אֶת־כָּל pro אֵת־כֹּל .

4. Reg. 3. Præter accentum, sunt quatuor causæ mutandi puncta , scilicet Regimen , Suffixum , numerus pluralis , aut dualis , & genus fœmininum ,

5. Reg. 4. Quavis ex his causis ‥ · & ∵ dum sunt in penultima , mutantur in sceva ; sed cholem ו ante ∵ & *Patach* in tali penultima sola mutatur , & tunc in ∵ o brevissimum .

6. Reg.

6. Reg. 5. Propter Regimen, & Suffixa כֶּם כֶּן Camets ultimum in ſing. tranſit in Patach, & in plurali in Sçeva.

7. Reg. 6. Tſere ultimum ſemper mutatur in ſçeva, niſi præcedat Camets · in quod tunc tranſit. Si verò in Regimine ſingulari aliud punctum à Camets præcedit, non mutatur.

8. Reg. 7. Segol ultimum in Regimine ſingulari ſtat, ſed extra illud, plerumque convertitur in Scheva: in plurali vero & Suffixis diſtinctis a הֶם הֶן כֶּם כֶּן fit Camets ·

9. Reg. 8. Sceva ſub gutturali tranſit de ſimplici in compoſitum; & hoc ante aliud Sceva amittit illa duo puncta, ex quibus componitur, & remanet illa Vocalis, cui adjungebantur v.g. de ·: remanet · &c. Itemque Sceva ſimplex ante compoſitum tranſit in Vocalem affinem tali ſçeva compoſito v.g. ante ·: tranſit in - &c.

10. Reg. 9. Sceva ante Sceva ſimplex, vel compoſitum non legitur: at ubi legendum eſt v. g. initio &c. communiter tranſit in Chiric parvum; ſæpe in Patach præſertim ſub, vel ante guturalem. Et ſi talis Sceva oritur ex Tſere, tranſit in Segol. His obſervatis, reliqua propter dicta ſuperius commodiſſimè reſecantur.

G CA-

## CAPUT VI.

### *De Verbo Perfecto*.

1. VErbum perfectum dicitur inter Hebræos ad distinctionem verborum, quæ *Quiescentia*, *&* *Defectiva* vocant, eò, quòd inter conjugandum amittunt aliquam litteram radicalem, sive de themate, quod fere semper tribus litteris constat. Igitur tale verbum perfectum per quatuor conjugationes inflectitur; quarum prima dicitur *Kal* cum passiva *Niphal* sibi correspondente. 2. est *Piel* cum sua passiva *Pual*. 3. est *Hiphil* cum sua passiva *Hophal*. 4. est *Hithpael* sine passiva, eo quod in hoc verbo sit significatio reciproca, cui adnecti ex Rabbinico usu potest conjugatio Poel, quæ simul passivam significat, & activam. Unde hoc verbum מָסַר in prima Conjugatione significat *tradere*, *&* *tradi*. In secunda *diligenter tradere*, *&* *tradi*. In tertia *facere tradere*, *&* *factus est tradere*. In quarta *tradere seipsum*: & sic, *Poel tradere*, *&* *tradi*. Qui tamen Conjugationem Kal rite apprehenderit, & tenuerit; postmodum in verbis ediscendis curret feliciter. Tempora

sunt

ſunt Præſens, Præteritum, & Futurum: quorum Præteritum, (& quidem à tertia perſona) eſt prima origo verbi; Præſens vero ex participio componitur; v. g. *Ego tradens: tu tradens &c.* Habent Imperativum quod צווי vocant, explicantque per Futurum aliquando, & Infinitivum, quod appellant מָקוֹר Makor. Item Participium præſentis dictum בֵּנוֹנִי Benoni; & Participium præteriti, quod vocant פָּעוּל Paul: itemque cum Infinitivo ſua ſibi cudunt Gerundia ex litteris variis, quas appellant בְּכְלָם. Et futurum, quod vocant עָתִיד Nghathid, itidem formant ex litteris quas dicunt אֵיתָן Ethan pro diſtinguendis perſonis. Necnon in verbo etiam genera uſurpant; & tempora, quæ non habent, exponunt per proximiora de iis quæ habent.



| Niphal. | Kal. | | | |
|---|---|---|---|---|
| נִמְסַר | מָסַר | 3. M. | Singular. | Præteritum. |
| נִמְסְרָה | מָֽסְרָה | 3. F. | | |
| נִמְסַרְתָּ | מָסַרְתָּ | 2. M. | | |
| נִמְסַרְתְּ | מָסַרְתְּ | 2. F. | | |
| נִמְסַרְתִּי | מָסַרְתִּי | 1. C. | | |
| נִמְסְרוּ | מָֽסְרוּ | 3. C. | Plural. | |
| נִמְסַרְתֶּם | מְסַרְתֶּם | 2. M. | | |
| נִמְסַרְתֶּן | מְסַרְתֶּן | 2. F. | | |
| נִמְסַרְנוּ | מָסַרְנוּ | 1. Com. | | |
| אֶמָּסֵר | אֶמְסוֹר | 1. C. | Singular. | Futurum. |
| תִּמָּסֵר | תִּמְסוֹר | 2. M. | | |
| תִּמָּסְרִי | תִּמְסְרִי | 2. F. | | |
| יִמָּסֵר | יִמְסוֹר | 3. M. | | |
| תִּמָּסֵר | תִּמְסוֹר | 3. F. | | |
| נִמָּסֵר | נִמְסוֹר | 1. C. | Plural. | |
| תִּמָּסְרוּ | תִּמְסְרוּ | 2. M. | | |
| יִמָּסְרוּ | יִמְסְרוּ | 2. F. | | |
| תִּמָּסֵרְנָה | תִּמְסוֹרְנָה | ; 7. F. | | |
| הִמָּסֵר | מְסוֹר | 2. M. | Sing. | Imperativum. |
| הִמָּסְרִי | מִסְרִי | 2. F. | | |
| הִמָּסְרוּ | מִסְרוּ | 2. M. | Plur. | |
| הִמָּסֵרְנָה | מְסוֹרְנָה | 2. F. | | |
| | Infinitivum | | | |
| הִמָּסֵר | מְסוֹר ׳ מָסוֹר | Partic. | | |
| | | Præter. | | |
| נִמְסָר | Benoni מוֹסֵר | Paul. | | |
| | | מָסוּר | | |
| Tradi. | Tradere. | | | |

| Pual. | Piel. | | | |
|---|---|---|---|---|
| מֻסַּר | מִסֵּר | 3. M. | Singular. | Præteritum. |
| מֻסְּרָה | מִסְּרָה | 3. F. | | |
| מֻסַּרְתָּ | מִסַּרְתָּ | 2. M. | | |
| מֻסַּרְתְּ | מִסַּרְתְּ | 2. F. | | |
| מֻסַּרְתִּי | מִסַּרְתִּי | 1. C. | | |
| מֻסְּרוּ | מִסְּרוּ | 3. Com. | Plural. | |
| מֻסַּרְתֶּם | מִסַּרְתֶּם | 2. M. | | |
| מֻסַּרְתֶּן | מִסַּרְתֶּן | 2. F. | | |
| מֻסַּרְנוּ | מִסַּרְנוּ | 1. C. | | |
| אֲמֻסַּר | אֲמַסֵּר | 1. C. | Singular. | Futurum. |
| תְּמֻסַּר | תְּמַסֵּר | 2. M. | | |
| תְּמֻסְּרִי | תְּמַסְּרִי | 2. F. | | |
| יְמֻסַּר | יְמַסֵּר | 3. M. | | |
| תְּמֻסַּר | תְּמַסֵּר | 3. F. | | |
| נְמֻסַּר | נְמַסֵּר | 1. Com. | Plural. | |
| תְּמֻסְּרוּ | תְּמַסְּרוּ | 2. M. | | |
| יְמֻסְּרוּ | יְמַסְּרוּ | 2. F. | | |
| תְּמֻסַּרְנָה | תְּמַסֵּרְנָה | ; 7. F. | | |
| Caret Imperativo. | מַסֵּר | 2. M. | Singul. | Imperativum. |
| | מַסְּרִי | 2. F. | | |
| | מַסְּרוּ | 2. M. | Plur. | |
| | מַסֵּרְנָה | 2. F. | | |
| מֻסֹּר | מַסֵּר | Infinitivus. | | |
| מְמֻסָּר | מְמַסֵּר | Benoni. | | |
| Tradi diligenter. | Tradere diligenter. | | | |

| Hophal. | Hiphil. | | | |
|---|---|---|---|---|
| הָמְסַר | הִמְסִיר | 3. M. | Singular. | Præteritum. |
| הָמְסְרָה | הִמְסִירָה | 3. F. | | |
| הָמְסַרְתָּ | הִמְסַרְתָּ | 2. M. | | |
| הָמְסַרְתְּ | הִמְסַרְתְּ | 2. F. | | |
| הָמְסַרְתִּי | הִמְסַרְתִּי | 1. C. | | |
| הָמְסְרוּ | הִמְסִירוּ | 3. C. | Plural. | |
| הָמְסַרְתֶּם | הִמְסַרְתֶּם | 2. M. | | |
| הָמְסַרְתֶּן | חִמְסַרְתֶּן | 2. F. | | |
| הָמְסַרְנוּ | הִמְסַרְנוּ | 1. C. | | |
| אָמְסַר | אַמְסִיר | 1. C. | Singular. | Futurum. |
| תָּמְסַר | תַּמְסִיר | 2. M. | | |
| תָּמְסְרִי | תַּמְסִירִי | 2. F. | | |
| יָמְסַר | יַמְסִיר | 3. M. | | |
| תָּמְסַר | תַּמְסִיר | 3. F. | | |
| נָמְסַר | נַמְסִיר | 1. C. | Plural. | |
| תָּמְסְרוּ | תַּמְסִירוּ | 2. M. | | |
| יָמְסְרוּ | יַמְסִירוּ | 2. F. | | |
| תָּמְסַרְנָה | תַּמְסֵרְנָה | ; 7. F. | | |
| Caret Imperativo. | הַמְסֵר | 2. M. | Sing. | Imperativum. |
| | הַמְסִירִי | 2. F. | | |
| | הַמְסִירוּ | 2. M. | Plur. | |
| | הַמְסֵרְנָה | 2. F. | | |
| הָמְסַר | הַמְסִיר | Infinitiv. | | |
| | הַמְסֵר | | | |
| מָמְסָר | מַמְסִיר | Benoni. | | |
| Factus est tradere. | Fecit tradere. | | | |

| Poel. | Hithpael. | | | |
|---|---|---|---|---|
| מוֹסֵךְ | תִּתְמַסֵּךְ | 3. M. | Singular. | Præteritum. |
| מוֹסְרָה | הִתְמַסְּרָה | 3. F. | | |
| מוֹסַרְתָּ | הִתְמַסַּרְתָּ | 2. M. | | |
| מוֹסַרְתְּ | הִיתְמַסַּרְתְּ | 2. F. | | |
| מוֹסַרְתִּי &c. | הִתְמַסַּרְתִּ | 1. C. | | |
| | הִתְמַסְּרוּ | 3. C. | Plural. | |
| | הִתְמַסַרְתֶּם | 2. M. | | |
| | הִתְמַסַּרְתֶּן | 2. F. | | |
| | הִתְמַסַּרְנר | 1. C. | | |
| אֲמוֹסֵךְ | אֶתְמַסֵּךְ | 1. C. | Singular. | Futurum. |
| תְּמוֹסֵךְ &c. | תִּתְמַסֵּךְ | 2. M. | | |
| | תִּתְמַסְּכִי | 2. F. | | |
| | יִתְמַסֵּךְ | 3. M. | | |
| | תִּתְמַסֵּךְ | 3. F. | | |
| | נִתְמַסֵּךְ | 1. C. | Plural. | |
| | תִּתְמַסְּרוּ | 2. M. | | |
| | יִתְמַסְּרוּ | 2. F. | | |
| | תִּתְמַסֵּרְנָה | ; 7. F. | | |
| מוֹסֵר | הִתְמַסֵּךְ | 2. M. | Sing. | Imperativum. |
| מוֹסְרִי &c. | הִתְמַסְּרִי | 2. F. | | |
| | הִתְמַסְּרוּ | 2. M. | Plur. | |
| | הִתְמַסֵּרְנָה | 2. F. | | |
| מוֹסֵךְ Infin. | הִתְמַסֵּךְ | Infinitiv. | | |
| ממוֹסֵךְ Ben. | | | | |
| מְמוּסַּךְ Paul. | מִתְמַסֵּךְ | Benoni. | | |
| Tradere, & Tradi. | Tradere. | | | |

Circa infinitivum, quod dicitur Makor, ſive fons: (exinde enim Gerundia naſcuntur præfigendo literas Biclam בְּכְלָם) notandum eſt quod ſæpe in verbis conjugationum Kal, & Hiphil modus infinitivus etiam abſque ulla littera formativa Gerundii v. g. מָסוֹר gerit vices Gerundii, & quidem id plerumque quando verbum idem repetitur v. g. תִּמְסוֹר מָסוֹר ideſt *tradendo trades*. Oriuntur itidem ex eodem fonte participia addendo videlicet ad infinitivum literam מ. Præterquam in prima Conjugatione cum ſua paſſiva. Quæ quidem participia, perinde ac nomina declinantur; Habent autem pro terminatione fœminina duplicem formam ut in exemplo ſtatim patebit.

| In Kal. | | In Niphal. | |
|---|---|---|---|
| Sing. Maſc. | מוֹסֵר | Sing. Maſc. | נִמְסָר |
| Sing. Fœm. | מוֹסְרָה / מוֹסֶרֶת | Sing. Fœm. | נִמְסָרָה / נִמְסֶרֶת |
| Plur. Maſ. | מוֹסְרִים | Plur. Maſ. | נִמְסָרִים |
| Plur Fœm. | מוֹסְרוֹת | Plur. Fœm. | נִמְסָרוֹת |

2. Ubi adverte, quod tam litteræ Etinales formativæ futuri, quam Mem formativum participii, ſi forte inveniunt in voce, cui jungi debent, ה Characteriſticum; il-

illud respuunt, & assumunt sub se illud punctum, quod sub tali ה erat suscriptum, aut subscribendus. Carent autem participio Paul Conjugationes Pual, Hophal, & Hithpael.

3. Jam pro meliori Paradigmatis intelligentia nonnulla subnotari possunt circa notionem earundem conjugationum, quas ibi subjecimus. Itaque pro conjugatione Kal. Nota 1. quod lenis præ cæteris nuncupatur, eò quòd nullum accipiat characteristicum augmentum litterarum præter litteras etinales & Gerundiales; imò si secunda vocalis verbi est Tsere - v. g. זָקֵן *senuit*; habet Participium sine Cholem v. g. זָקֵן *senescens*. Sive autem talis secunda vocalis sit - Tsere; sive Cholem, quod est rarius, ut יָכוֹל Potuit; tamen tenor Conjugationis Kal. non amittitur; licet Cholem servari soleat eodem modo, & situ, quo servabatur Patach in verbo communi. Nota 2. Quod in verbis neutris, & habentibus Gutturalem secundo aut tertio loco; imperativum, & futurum non fit per ֹ ut in forma communi; sed per Patach - v. g. יִשְׁכַּב *Cubabit*; & שְׁמַע *audi*. Quod & aliquando in infinitivo quoque contigit in ejusmodi verbis.

4. Pro Conjugatione Niphal: nota quod

ejus Character est litera נ præfixa; & ubi deest Daghes forte; quod ut bene sentiri possit in infinitivo, & imperativo, præfigitur littera ה quippe in participio; & futuro aliæ præcedunt litteræ quæ hoc fungantur officio.

5. Conjugatio *Piel*, & *Pual* discernuntur per Daghes fortè in media radicis (non in prima ut in Niphal) sed quando est Pual, præcedit Kibbuts: utrobique autem nullum speciale augmentum est præter Etinales, & Nun participii.

6. Conjugatio Niphal clarius solet internosci, quia habet ה Characteristicum, & insuper inter secundam, & tertiam radicalem interseritur Jod cum suo Chirek, excepto, quod quandoque in futuro (præsertim ubi est Vau versivum) ponitur ֵ eo loco Chirek Gadol sub ה vero Characteristico subscribi solet vel ֵ vel ַ, & quando tale ה excluditur à litteris etinalibus vel מ Participiis; tunc vocalis ֵ vel ַ transit de littera exclusa ad excludentem.

7. Conjugatio Hophal discernitur per ה cum Camets Chatuph, & si excludatur ה per litteras Etinales, vel Mem Participii; vocalis tamen permanet sub littera excludente, nisi quando raro transeat in Kibbuts.

8. Con-

8. Conjugatio Hithpael præter Daghes forte in media radicis habet initio הִתְ. Si vero prima ex radicalibus sit una ex his שׁסצז ad vitandum stridorem transponitur ת v. g. הִשְׁתַּמֵּר *custodivit se*. Et ת post ז in ד post צ vero in ט mutari solet, sed raro.

9. Conjugatio Poel ad calcem cæterarum non inconsulto prorsus adjicitur propter mox dicenda: habet autem pro Characteristica perpetua in omnibus temporibus Vaucholem interjectum post primam radicalem: unde & quadrata Conjugatio nuncupari solet. Hæc igitur per me ad calcem cæterarum adjicitur, eo quod à variis Authoribus penitus rejicitur; sive quia ad defectiva עו nonnulli eam reducant; sive quia teste Bellarm. raro in verbis perfectis usurpari consuescat: Unde & ego eam postremo loco quasi supernumerariam adjicio, nollens tamen eam prorsus expungere: tum ut in clavi regia hujus idiomatis, quæ sunt inflexiones verborum, ne unus quidem denticulus desit: tum quia non est satis eam reducere ad defectiva עו sive duplicantia, ubi Vau cholem in eodem situ currit immobile: quia vis hujus significationis est activa, & passiva, & utrâque gaudebit quando inventa fuerit in verbo perfecto; secus vero accidet

det in verbis ejusmodi deffectivis : tum denique quia teste Gilberto Genebrardo in sua Isagoge Rabbini frequentes sunt in hac conjugatione usurpanda , adeo ut pro Hithpael Hithpoel usurpare consuescant .

## CAPUT VII.

### *De verbo imperfecto* .

1. VErbum imperfectum est illud, cujus aliqua radicalis in ipsa inflexione sive Conjugatione deperditur : & est duplex aliud quod vocatur *defectivum* , cujus littera deficiens suppletur per Daghes forte : aliud *quiescens* , cujus littera deficiens supleri solet per vocalem longam . Pro quorum clariori intelligentia circa usitatam eorumdem nominationem , observandum est per antiquam radicem פָּעַל invaluisse apud Hebræos Grammaticos ; ut semper ac sermo sit de prima littera cujusvis radicis Hebraicæ appellatur פ Pe , & quoties de secunda appelletur ע & quoties de tertiâ appelletur ל Lamed .

2. Quo supposito , verba deffectiva sunt in duplici differentia : alia quæ dicuntur defectiva *Pe Nun* : alia quæ dicuntur defe-

ctiva

ctiva duplicantia. Prima ergo ſunt quorum radix habet pro prima littera Nun נ v. g. נָגַשׁ *acceſſit*. Secunda vero ſunt, quorum ſecunda littera radicalis duplicatur, ut in Verbo סָבַב ideſt *circuivit*: quare duplicantia Aghin poterunt nominari, eò quòd ſecunda litera radicis in tertio quoque loco duplicatur. Quieſcentia vero verba ſunt quadruplicia; ſcilicet: Quieſcentia Pe - Jod, quia prima littera eſt Jod v. g. יָשַׁב *Sedit*. Quieſcentia *Aghin Vâu*, quia ſecunda littera eſt ו Vau v. g. קוּם ideſt ſurrexit Quieſcentia *Lamed Aleph*, quia tertia littera eſt א v. g. בָּרָא ideſt *creavit*. Et Quieſcentia *Lamed-He* quia tertia littera eſt ה v. g. קָנָה *poſſedit*. Addunt aliqui verba quieſcentia *Pe-Aleph* eo quod prima radicis ſit א v. g. אָמַר *dixit*: Verum verba ejuſmodi penè perfecta ſunt; quia ſunt rara quæ habent anomaliam; & hæc anomalia pene eſt in prima perſona futuri, quatenus, ne duplicetur א unum ſupprimitur in tali prima perſona; licet in reliquis perſonis perſeveret, quieſcendo in Cholem v. g. אוֹמַר vel אֹמַר *dicam* תוֹאמַר vel תֹאמַר tu *dices*. Atque antequam ad verba imperfecta diſcernenda deſcendam obſerva I. Quod quandoque etiam imperfecta ad normam perfectorum inflexa alicubi inve-

veniuntur; ſed hoc eſt raro 2. Quod verbum perfectum לָקַח juxta defectiva Pe Nun ſolet inflecti 3. Quod ſi eadem littera, quia ſervilis, & radicalis bis ſcribi debeat v. g. יִנְבַּשׁ *areſcet*; in unicam coire debebit ſic יִבַּשׁ

3. Igitur 1. claſſis deffectivorum Pe Nun id habet, ut quoties juxta normam perfectam ſub littera *Nun* deberet poni Sceva ְ; tunc tollitur littera Nun, & id ſuppletur per Daghes forte in littera ſequenti; nempe quando alia ſequitur littera, ut poſſit ſentiri v. g. יִגַּשׁ *accedet* pro יִנְגַשׁ Quod ſi obſerves; in Conjugationibus Kal Niphal, Hiphil, & Hophal, id evenire notabis. Et infinitivus Kal finitur in תֶ v. g. גֶּשֶׁת *Accedere*.

4. Claſſis II. eſt quieſcentium *Pe-Jod*, quæ eſt ſimilis præcedenti: quia & habet infinitivum in תֶ v. g. de Verbo יָשַׁב infinit. שֶׁבֶת & ſimiliter, ubi per normam perfectam correſpondeat Sceva ſub Jod; tollitur Jod; & ſuppletur in Conjugatione Kal per Tſere ֵ in Conjugatione Niphal, & Hiphil per וֹ & in Hophal per וּ v. g. de יָשַׁב *Habitavit* fit futurum in Kal אֵשֵׁב & præteritum in Hiphal נוֹשַׁב in Hiphil הוֹשִׁיב in Hophal הוּשַׁב, Ubi inſuper nota, quod י Jod aliquando in Conjugatione Hithpael, & in

Ni-

Niphal, ubi Daghessari deberet, vertitur in ו v.g. הִתְרַע a radice יָרַע *se notum fecit*: & הוּשַׁב *inhabitari* a radice יָשַׁב in Hiphil vero retineri solet quiescens sub ֵ v.g. הֵיטִיב *benefecit*.

5. Classis 3. est verborum, quæ vocantur Deffectiva duplicantia, quatenus secunda littera duplicatur ut סָבַב circuivit: dicuntur autem deffectiva, quia inter conjugandum amittunt unam ex duplicatis; & propterea junguntur ad hæc verba illa, quæ desinunt in ן vel in ת, quia si conjunguntur duplex ת vel ן, propter inflexiones cum littera radicali; tum deperditur alterum, sed notatur per Daghes v.g. שָׁכַנּוּ pro שָׁכַנְנוּ a שָׁכַן Hæc ergo verba quæ certè frequentia sunt in hoc idiomate, sæpe etiam cum sua duplicatione usurpantur; præsertim in Conjugationibus *Piel Pual*, & Hithpael in quibus Daghes, quod habent characteristicum, transit in Cholem perpetuum, & immutabili; ita ut, ubi in Piel dici deberet סִבֵּב dicatur סוֹבֵב, & sub hac punctatione currunt per Paradigma perfectum.

6. Pro reliquis Conjugationibus Kal, Niphal, Hiphil, & Hophal, sciri quoque debet, hæc verba inveniri sub tenore Conjugationis perfectæ, prout in Paradigmate

te perfectorum. Sed quia etiam sæpissime usurpantur contractè, scilicet supprimendo unam ex duplicatis; observanda hic erit pro unaquaque ex his quatuor Conjugationibus, quænam & in quibus contingat hæc irregularitas, & contractio. 1. In Conjugatione Kal (sicut & in reliquis) notetur, quod in littera ex duplicatis remanente infigitur Daghes, quoties post illud alia subsequitur, ut sentiri possit. Jam ergo in Præterito סַב primæ & secundæ personæ utriusque generis assumunt Vau Cholem sic סַבּוֹתָ *Tu Masculus circuivisti* & סַבּוֹת *Tu fœmina circuisti*; Tertiæ vero personæ more perfecto, sed sine duplicatione v. g. סַבּוּ *circuierunt*. In reliquis temporibus Conjugationis interseritur Cholem inter primam & secundam v. g. אָסוֹב *circuibo*. Et litteræ ethinales per Camets notantur. In imperativo, & futuro plurale fœmineum est per Kibbuts v. g. תְּסֻבֶּינָה & participia ambo sunt perfecta retenta duplicatione v. g. סוֹבֵב *circuiens*. 2. In Conjugatione Niphal hujus contractionis præteritum est נָסַב & in secundis, & primis personis sumit Cholem ut Kal, & Nun cum Sceva v. g. נְסַבּוֹתָ *tu vix circumactus fuisti* Futurum, Imperativum, & Participium currunt regulariter (excepta contractione)

sine

ſine cholem, & cum ſuis characteriſticis Niphal; unde & occurrit duplex Daghes, unum in prima ad ſupplendum Nun characteriſticum; alterum eſt in ſecunda ad denotandam contractionem v. g. תִּסַּבִּי *Tu fœmina circumduceris*. Infinitivum eſt ut in Kal הִסּוֹב *circumagi* accedenti ה ſua characteriſtica infinitivi Niphal III. in Niphil præteritum eſt הֵסֵב & currit aſſumendo cholem in primis, & ſecundis perſonis; ſed ſub prima radicali ſubſcribitur chiric, & ſub ה proprio fit ſceva compoſitum v. g. הֲסִבּוֹתָ *Tu vir feciſti circuire*. In futuro, & infinitivo, ac imperativo ſervat tſere in prima radicali, & Camets informativis v. g. אָסֵב *faciam circuire*, & הָסֵב *fac tu vir circuire*. In participio præſentis מֵסֵב poſtea currit ſic מְסִבָּה fœmin. *faciens circuire* & IV. In conjugatione Hophal inter characteriſticam, vel formativam cujuſcumque temporis, & primam radicalem verbi perpetuo interſeritur Sciurek, & currunt regulariter ſub norma contracta, aſſumendo, ſcilicet in præterito cholem hic uſitatum v. g. Præteritum הוּסַב *factus eſt circuire* הוּסַבּוֹתָ *tu vir factus fuiſti circuire &c.* Futurum אוּסַב *factus ero circuire &c.* Imperativo caret; infinitivus הוּסֵב *fieri circuire*.

Participium passivum מוּסַב *factus circuire &c.* Significatio autem in hoc verbo neutro exemplificatur modo, quo potest.

7. Classis IV. Quiescentia vero *Aghin Vau* in primis quoad tres Conjugationes supra recensitas *Piel*, *Pual*, *&* *Hithpael* prorsus conveniunt cum verbis præcedentibus, quia assumunt ibi Cholem, Vau, & duplicant litteram ultimam, unde in duplicantia verba recidunt v. g. קוּם surgere in Piel est קוֹמֵם in Pual קוֹמַם & in Hiphael הִתְקוֹמֵם. Quoad reliquas vero conjugationes nota, quod in Kal præteritum, & participium facit קָם & sub hac forma currunt; futurum autem, imperativum, & infinitivum interserunt Sciurek sic אָקוּם *surgam*; cum Camets in Etinalibus; & sub hac forma currunt, licet futurum aliquando Cholem; & imperativum infinitivumque; sæpe Jod sumant loco Sciurek. In *Niphal* præteritum est נָקוֹם & præter characteristicas, Vau medium semper servatur, & sæpe cum Cholem, nisi quando in primis, & secundis personis, ubi post ultimam radicalem juxta supra dicta, ponitur Vau Cholem; Euphoniæ causa primum Vau est cum Sciurek v. g. נְקוּמוֹתָ *Tu masculus fuisti suscitatus*. In Hiphil loco Vau radicalis perpetuo cur-

currit Jod in toto præterito, & futuro, infinitivo, & participio, additis characteristicis, & Etinalibus, & solito Vau Cholem in primis, & secundis personis Præteriti; de quo refunditur Sceva ad characteristicam v. g. הֵקִים *fecit surgere* הֲקִימוֹתָ *Tu masc. fecisti* surgere; in ethinalibus vero ponitur Camets. Et ita etiam הָ in imperativo cujus secunda persona masculina singularis, & fœminina pluralis carent Jod interposito v. g. הָקֵם (cujusmodi & infinitivus esse etiam solet) & הָקֵמְנָה. Quando autem est secunda formula infinitivi usurpatur cum gerundio. *In Hophal* denique, quæ caret imperativo, duo sunt observanda: aliud est quod in Præterito non assumitur illud Vau cholem quod in reliquis supra dictum est in primis, & secundis personis v. g. הוּקַמְתָּ *Tu vir factus fuisti surgere*: aliud est, quod in cunctis temporibus hujus conjugationis sequitur Sciurek post singulas characteristicas ante omnem radicalem v. g. הוּקַם *factus fuit surgere* אוּקַם factus ero surgere: & post Sciurek frequenter Patach sequi solet. Quiescentia autem *Aghin Vau*, vel *Jod* dici solent hæc verba: quia sunt aliqua verba quæ loco Vau frequentius collocant Jod in medio; imo & nonnunquam mobile.

8. Classis V. Quiescentia Lamed Aleph juxta institutum nostrum, in quo propter rationes relatas supra, vix volumus hærere punctis, nisi pro juvanda lectione in exordiis; ibi ubi anomalia dumtaxat proveniat ex punctis, a nobis facile resecabitur. Itaque hæc verba rarissime, ut notat M. Masclef amittunt Aleph; de reliquo vero puncta nonnulla transmutant, dum Aleph quiescit, quatenus vocalis præcedens ad Aleph quiescens debeat esse longa, utpote in se resumit tale Aleph. Deinde cum sit gutturalis, quoties in imperativo, & futuro *Kal* sequitur ultima post Cholem, illud mutatur in Patach. Habent insuper hæc verba præter commune, aliud infinitivum in ואת v. g. de מָצָא in Kal מְצוֹא & מְצֹאות *invenire*, & similiter in conjugationibus reliquis.

9. Classis VI. Quiescentia Lamed He (si non sit *He* cum Mappik v. g. הּ nam hæc sunt perfecta) sunt irregularia hoc modo. I. quatenus, ubi ad radicales nullum sit augmentum, finitur per omnes conjugationes præteritum in ה ָ futurum, & participium in ה ֶ imperativum in ה ֵ & infinitivum in וֹת atque participium Paul mutat ה in י v. g. קָנוּי. Quando autem infinitivus geri

rit vices Gerundii diversimode punctuari solet, servata ה ultima. II. Quatenus ubi ad radicales fit augmentum; si incipit augmentum à puncto; hoc regreditur ad litteram præcedentem v. g. קוֹנִים pro קוֹנְהִים & קָנוּ possederunt pro קָנְהוּ licet in tertia fœm. ה in ת verti soleat, & sæpius in י Jod mobile v. g. חָסָיוּ *speraverunt*. III. Quatenus sub tali augmento si incipiat à consonante; He vertitur in י Jod quiescens sub Chirik, vel sæpius Tsere v. g. קָנִיתָ *possedisti* Masc. נִקְנֵיתָ posesus est, & aliquando in Segol imperativis, aut futuris pluralibus. IV. In his verbis fit apocope frequentissime, hoc est supprimere ה ultimam, præsertim in futuris, & imperativis omnium conjugationum præter *Pual*, & *Hophal*; sed usitatius cum adest Vau versivum v. g. וַיַּעַל, & *ascendit*, retracto, videlicet, accentu ad Etinales. Apocope autem verbi הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*, est spetialis sic וַיִּשְׁתַּחוּ & *adoravit* pro וַיִּשְׁתַּחֲוֶה in Hitphael. In verbis vero הָיָה *esse*, & חָיָה *vivere* fieri solet futurum Kal cum Apocope sic אֱהִי *ero*, & אֶחִי *Vivam*, & ita pergit.

10. Classis VII. Reliqua verba imperfecta, alia sunt, quæ in se junguht duas classes defectivorum; aut quiescentium v. g. נָזָה *aspersus est*; componitur enim ex defe-

 ctivis

ctivis *Pe Num*, & de quiescentibus *Lamed He*; quæ proinde vocantur verba composita, & in his usuvenit pro themate investigando unicam tantum reperire radicalem v. g. נָזָה & *aspersus est*: quippe inflectuntur servata utriusque classis irregularitate, & sic in cæteris, nisi quod defectiva *Pe Nun*, & *Pe Jod* in imperativo, & infinitivo *Kal* non respuunt *Nun*, & *Jod*, exceptis verbis נָשָׂה *tulit* יָצָא *Exivit*. Alia sunt quadrata, seu quadrilitera, ut כִּרְסֵם *Devastavit*: ad quæ reduco ea quæ quadrilitera sunt propter duplicationem quam habent radicalium v. g. de radice כול oritur כִּלְכֵּל & de radice סָחַר oritur סְחַרְחַר Hæc autem omnia regulariter inflectuntur in Piel: Alia sunt, quæ alicubi vel diversis conjugationibus, vel de diversis classibus texunt aliquam anomaliam in punctis. Demum sic flectitur verbum נָתַן *Dedit* mascul. נָתְנָה *dedit* fœmin. נָתַתָּ *Isti* masc. נָתַתְּ *Isti* fœmin. נָתַתִּי *imus* com. in præterito; in futuro vero sic אֶתֵּן יִתֵּן תִּתֵּן & imperativ. תֵּן infinit. תֵּת.

11. Neque aliud est speciale; nisi, quod ad quiescentia Pe Jod accedunt לָקַח *accipere*, & הָלַךְ *ambulare*; sed solum in conjugatione *Kal*: item verbum לָתַע perdit ל in *Niphal* semel Job. 4. v. 10. Demum verba incipien-

tia

tia ab א illud ut dixi perdunt per contractionem in prima persona futuri, ut אֹמַר pro אֶאֱמֹר: in 2. & 3. futuri rarius: in Benoni, & infinitivo conjugationis Hiphil rarissime; sed aliquando. In quibus omnibus verbis irregularibus non meminimus conjug. *Poel* propter dicta in fine capitis præcedentis; & quia hæc præcipue relucet in verbis perfectis.

## CAPUT VIII.

### *De suffixis verborum, & adverbiorum, ac de litteris Paragogicis.*

1. UT in nominibus suffixa sunt loco pronominum, sic moris est in verbis ea usurpari loco pronominum separatorum, quæ etiam usurpant ut Latini v. g. *audisti me* שְׁמַעְתָּ אֹתִי. Cumque ex instituto nostro in multimoda punctorum transmutatione non sit nobis immorandum, nisi in ea qualicumque formula sub qua legi possit; idcirco nonnulla specialiora indicabimus, supposito quod ubivis, vel frequentissimè prima radicalis ubi est suffixum, habet Sceva, & ה finalis vertitur in ת, nisi in verbis. *Lamed He* ubi fit contractio v. g. sic קָנָנִי *possedit*

*dit me* pro קְנָתַנִי Igitur nota I. Quod ultra suffixa, vel pronomina quæ simul cum nominibus inveniuntur sunt quatuor specialia pro verbis, scilicet, הוּ vel נוּ ׃ illum נָה ׃ illam נִי me: quare in hoc Paradigmate hujus personæ מְסָרָה *illa tradidit* cuncta patescent.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Illa tradidit me. Com. מְסָרַתְנִי | | Nos Com. | מְסָרַתְנוּ |
| Te Masc. | מְסָרַתְךָ | Vos M. | מְסָרַתְכֶם |
| Te Fœm. | מְסָרָתֵךְ | Vos Fœm. | מְסָרַתְכֶן |
| Eum | מְסָרַתְהוּ וֹ • נּוּ | Eos. | מְסָרָתַם |
| Eam | מְסָרַתְהָ | Eas. | מְסָרָתַן |

2. Nota II. In verbis Passivis, & Hithpael non usurpari suffixa: deinde in Piel mutatur ֶ in Sceva, & in Hiphil in verbis defectivis ִ aut Tsere ֵ in Sceva. Pro Kal participia recipiunt suffixa more nominum; alioqui ut in Paradigmate superiori. III. Suffixum futuri vertit Vau cholem in Sceva; vel ante ךָ כֶן כֶם in Camets Chatuph: & cum his etiam in infinitivo, vel imperativo; sed sine his prima radix habet Camets Chatuph ָ • 2. vero sceva. At plurale fœmin. Imperativi non fert suffixa. IV. Quod verbis terminatis in Jod, & Vau suffixa נָה ׃ & נּוּ ׃ non suffiguntur; reliqua vero sim-

ſimplici adjectione junguntur ut מְסַרְתִּיךָ *tradidi te*. Verum perſona ſecunda fœmin. ſingularis præteriti aſſumit Jod v. g. מְסַרְתִּינִי *Tu fœmina tradidiſti me*: & ſecunda pluralis M. & fœmin. mutant תֶּן תֶּם in תוּ v. g. vos maſc. & fœmin. tradidiſtis me מְסַרְתּוּנִי. V. Quoad vocales communiter præcedentes ſuffixa, obſerva, quod ſuffixa ם & ן in præteritis & infinitivo per Camets ׇ & in futuro, & imperativo per Tſere ֵ junguntur. Suffixa הוּ & נוּ itidem in præterito per ׇ Camets & in reliquis per Tſere ֵ Suffixum itidem נִי per Tſere; niſi quod in præteritis eſt per Patach ַ Suffixa vero הֶ כֶן כֶם ubique per Sceva: & ſuffixum ךָ ubique per tſere: & ſuffixum נוּ ubique per Tſere ֵ ſuffixa vero נה ֶ & נוּ ֶ præteritis non ſuffiguntur. Suffixum denique הָ jungi ſolet per Sceva.

3. Jam ergo præter modum, quo ſuffixa jam verbis jam nominibus adjunguntur, reſtat dicere, quomodo etiam illa cum præfixis quoque & cum adverbiis, ac præpoſitionibus combinentur: perinde enim connecti ſolent ac cum verbis & nominibus 1. cum præfixis v. g. לְךָ *tibi* בִּי in me, & plura jungi ſolent ut בְּשֶׁלִּי *In quo mihi*. 2. Cum præpoſitionibus v. g. עִמִּי *mecum* אִתְּךָ *tecum*: ſunt autem multæ præpoſitiones, quæ accipiunt

piunt ſuffixa inſtar nominum pluralium v. g. תַּחַת *ſub* vel *pro* תַּחְתֶּיךָ *pro te* בֵּינֵינוּ vel בֵּינוֹתֵינוּ *inter nos*, & ſimiliter אֶל *ad* עַל *ſuper* עַד *uſque &c.* 3. De Adverbiis v. g. הִנֵּה *Ecce* fit הִנְנִי Ecce *ego* הִנְּךָ *Ecce tu*. De אֵין non ſic etiam copulatur אֵינֶנִּי *non ego* אֵינָם *non illi &c.* & ſimiliter verbum ſubſtantivum יֵשׁ indeclinabile יֶשְׁךָ *Tu es* יֶשְׁכֶם *Vos eſtis* יֶשְׁנוֹ *ipſe eſt*. Circa quorum omnium punctuationem, plerumque ad regulas qualeſcumque ſuperius datas attendendum eſt; ſed ſine alligatione minuta propter ſententiam noſtram de æſtimatione punctorum.

4. Litteræ Paragogicæ ſunt quatuor quieſcentes & He. Prima quæ eſt Aleph א ſolet eſſe Paragogica (hoc eſt redundans) in dictionibus finitis in ו; littera ו etiam aliquando redundat ut חַיְתוֹ Geneſ. 1. 24. Item poſt ſuffixum ם ſepius v. g. לָמוֹ pro לָם *eis* cum accentu ſemper in penultima. Littera י etiam ſæpe redundat ut Pſalm. 103. & 113. & alibi non raro. Littera נ etiam ante ſuffixa, & tunc dicitur Epenticum v.g. יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet ei*: & ſic etiam in medio ſolet redundare א, ו, & י ſæpius. Littera autem ה in primis eſt valde Paragogica in futuris, imperativis, & infinitivis ut שָׁמְרָה *cuſtodi* pro שְׁמוֹרָה quia mutat puncta, ut ſuf-

ſuffixum. Deinde in infinitivo redundat etiam ante ſuffixum, ſed in ת vertitur ut בְּקָרְבָתָם *in apropinquare eos*, ubi infinitivus eſt verbi neutri ſine Cholem: Poſtremo non ſolum in nominibus quandoque eſt redundans; ſed & in eis, & adverbiis loci ſignificat *ad*, & *verſus* v. g. יָם mare יָמָּה *ad mare*, vel *mare verſus*. Diſtinguentur autem terminationes fœmininæ ſemper in eo quod ָה terminatio fœmin. ſemper habet accentum in ultima; ſecus illæ aliæ: ſi vero terminatio vertitur in ָת & additur ה fit ſignificatio valentior v. g. יְשׁוּעָה *ſalus* יְשׁוּעָתָה *ſalus plena, magna &c.*

## CAPUT IX.

### *De inveſtigatione Thematis.*

1. THematis inveſtigatio dicitur ea inveſtigatio vocis, quæ pro noſcendo ſignificato ipſius emendicari ſolet de Lexicis, & vocabulariis, ſive theſauris, non ſecus ac in Latino ſermone, inventa hac voce *Amaveritis*, inde radicem, vel thema quærimus, ideſt, *Amo*; ut quæri poſſit in Calepino; ſic in Hebræo, cum nedum tempora verborum, ſed etiam nomina,

mina, adverbia, & reliqua nonnisi in suis radicibus primitivis, quæ plerumque, & fere semper solent esse trilitteræ, sint quæritanda; ideo methodum oportet aliquam designare pro Hebræis radicibus comperiendis; quam tamen dabimus sine punctis, ut tyrones ab eis expediri consuescant, ibi præsertim, ubi res magis per consonantes est indaganda. Atque ad hæc in primis facit illa divisio litterarum in *radicales* quæ sunt גרוהט סעף צקר ita vocatæ, quia nunquam sunt serviles; sed semper sunt de radice; & in *serviles* אלבש כנהם וית ita vocatas quia, licet de radice quoque esse soleant; solent tamen servire de officio cum hoc discrimine, quod quatuor priores non serviunt in medio, & fine; quatuor sequentes non serviunt in medio, & tres postremæ possunt ubique servire. Nota verò quòd si ד venit post ז; & ט & post צ in conjugatione Hithpael; ד & ט tunc erunt serviles, quia sunt loco ת.

2. Igitur his positis, & observatis simul cum illis ministeriis harum litterarum, quæ ex Grammatica nota habentur, statim resecandæ veniunt litteræ quæ in dictione inventæ clare servire, & non radicare poscuntur, in qua si restant quinque, aut qua-

quatuor distinctę radicales quæritur illa vox per primam radicalem ad finem totius illius litteræ, ubi solent esse radices quadrilitteræ, vel polygrammatæ, nisi forte sit nomen proprium: Si vero quatuor litteræ sunt duplicatæ, ita ut non maneant tres distinctæ v. g. כלכל; tunc solum duæ litteræ, quæ distinctæ manent, debent venire in considerationem pro invenienda radice, ut statim dicam. Si vero tres litteræ quæ omnino radicales sint, supersunt v. g. זרע tunc radix quærenda in ז est manifesta. Sed quia in Lexicis semper ponuntur radices trilitteræ perfectæ; & dictiones defectivæ solent inveniri frequentissimè cum una, vel duplici tantum radicali; hic diligentius, & operosius ad laborandum est ex præceptis defectivorum jam traditis: quare, si, accurate facta separatione servilium manet duplex littera radicalis, supplenda est vel Jod, vel Nun in principio: & Vau, vel Jod in medio; atque He vel Aleph in fine, vel duplicanda secunda: & proculdubio radix genuina resultabit ut in exercitatione patescet. Quod si hos circuitus quæritandi molestos dicas; non ibo inficias; sunt autem pro lingua tota citius ediscenda perutiles. Si vero facta separatione servilium, tan-

tantum manet unica radicalis, tunc præpone Jod, vel Nun in principio, & He in fine, ac radicem statim invenies.

3. Pro qua re perfectè elucidanda tria restant. 1. Exempla nonnulla. 2. refricare officia servilium. 3. ipsarum servilium etiam nonnullos defectus notare. Itaque quoad 1. Inventio v. g. hanc vocem septilitteram ברפסדות ubi video ב esse præpositionem servilem, & ות terminationem pluralem fœmininam, præter quas restant quatuor omnino radicales: quæro ergo radicem in littera ר, & vado ad ultimas radices quadrilitteras, ubi inveniam רפסר *ratis* itaque significatio est *in ratibus*. Item video aliam dictionem sic בשלמותי ubi nosco Jod esse affixum primæ personæ ות terminationem fœmininam pluralis & ב præpositionem: remanent ergo tres litteræ, quæ, licet, sint de classe servilium; tamen quæ in medio servire non solent: quæro igitur radicem שלם, quæ significat *vestis*: unde illa dictio significat *in vestibus meis*: item video hanc vocem נביאים & separo ים quæ est terminatio pluralis, item י medium quia solet interseri: cumque videam א & ב in medio non servire; pergo ad Nun, & cum eo statim quæro

נבא,

נבא, & invenio esse radicem, & significat *Prophetæ*. Item in עשיתם video תם esse terminationem secundæ pluralis in præterito, & י in ultimo loco magis servire quam radicare, sive esse ה conversam in י ad quæ juvant præceptiones Grammaticæ: cum ergo remaneant duæ tantum radicales pergo jungendo נ & י in principio ו & י in medio, aut duplicando secundam, aut addendo Aleph in fine, & necdum oportuna significatio comparet. ergo adjungo ה in fine, & formo עשה quæ est vera radix; & vox significat *fecistis*. Demum invenio vocem יט ubi Jod est formativa futuri, & solum remanet *Thet*: igitur connecto illi à principio Jod, vel Nun, & a fine ה & invenio radicem esse נטה *extendere*, & vocem significare *extendet*. Et sic pergo & appendo, atque examino verba, & suppleo ea quæ sunt defectiva. At ubi exploratio radicis maneat abstrusior; vide ne forte aut nomen proprium sit, aut quædam ex particulis presertim sub aliqua ligatura suffixi, præfixi, vel alterius particulæ. Ubi notandum est hanc linguam esse in qua plurimum valet ingenium eò quod in secernendo serviles, accomodando statum dictionis, & condiendo sensum ad contextum, plurimum

mum mens capax & habilis ſuffragabitur? Atque adeo cum præſertim id negotii ex conſonantibus venandum ſit denudavimus punctis vocabula ſuperiora, ut etiam paulatim ea Hebraice ſtudioſos, non tantum non abſterreant; ſed ad rimandos ſenſus ſe accingant; etiam ſi legere minus valeant, vel non ita ad amuſſim.

4. Secundum quod valde conducit ad hoc ſervitium eſt promptiſſima obſervatio ſervilium, & in primis quomodo illæ quatuor אֲלְבֵש non ſerviant in medio, & fine; illæ quatuor כָנֵהֶם *caneem* non in medio, & illæ יוֹת Joth ſerviant ubique. Quæ ſic memoriter retinebis.

*Non medio, ſeu fine tibi deſerviet Albeſch*
*Nec medio caneem; Joth ſed ubique poteſt.*

Sed præterea unamquamque ex ſervilibus quoad ſua munera diſpiciemus, ut iis obſervatis melius noſci poſſit: an ſerviant; an vero radicent.

5. א Servit initio ad formandam primam perſonam futuri, & quædam nomina verbalia ut אצבע *digitus*: in fine autem paragogica raro eſt more Chaldaico.

6. ב Servit, ut præpoſitio *in*, *cum*, *pro*, *propter*, *a*, *de*, *contra*, *per* cum nominibus; quæ interdum facit adverbia;

cum

cum verbis autem format gerundia in *do*; & ſignificat *in*, *dum*, *cum*, *poſtquam antequam*, *quia*, *ſi*, *etiamſi*.

7. ל Servit nominibus pro nota Dativi, imo & Genitivi,& eſt præpoſitio *Ad* ſæpius; item, *in*, *pro*, *juxta*, *ſicut*, *quaſi*, *ſupra*, *contra*, *inter*; nec non ea facit adverbia. Servit etiam verbis, vel ad copulandum cum verbo præcedenti; vel pro gerundio in dum: ſignificans *ut*, *donec*, *cum*, *poſtquam*, *uſquedum*.

8. ש Eſt nota relativi ſupplens pro אשר quæ in Eccleſiaſte & canticis eſt frequentior.

9. כ Servit juncta initio nominibus pro *ſicut quaſi*, *circiter*, *ſecundum*, *juxta*: Verbis autem facit Gerundia, quæ reddantur ſubjunctiva per *dum*, *cum*, *ſicut*, *ſi*, *poſtquam*, *antequam*. Poſita in fine eſt pronomen ſuffixum ſecundæ perſonæ ſingularis etiam ſequente ה & י & ſequente ם & ן ſecundæ perſonæ pluralis.

10. נ In initio ſervit ut characteriſtica conjugationis Niphal, & primæ perſonæ pluralis in futuro. At in fine aut eſt paragogica, & formativa nominum verbalium, ſi eſt ultima; aut ſi eſt penultima, & ſequitur ה v. g. נה format in Imperativo, & fu-

turo ſecundam, & tertiam perſonam pluralem fœmininam: ſi ſequitur ו v. g. נו format vel primam plur. præteriti, vel pronomen ſuffixum plurale primæ perſonæ, vel pronomen ſuffixum ſingulare tertiæ perſonæ, ſi eſt cum verbis; & ſi eſt cum י v. g. ני in verbis eſt pronomen ſingulare primæ perſonæ.

11. ה Hæc littera eſt accuratiſſime obſervanda eo quòd in principio & fine multa gerat officia v. g. in initio. Articulus eſt pro omni caſu ſed magis pro Genitivo, & Vocativo. 2. eſt inſtar articuli demonſtrativi Græcorum ὁ, ἡ, τὸ, & el, la, lo Hiſpanorum. 3. gerit vices relativi. 4. figurat conjugationes Niphal, Hophal, & Hithpael, atque infinitivum, & imperativum Niphal. 5. Eſt adverbium interrogationis, & admirationis. 6. in fine eſt nota generis fœminini. 7. eſt præpoſitio localis poſtpoſita ut *verſus*. 8. Eſt ſuffixum ſive pronomen tertiæ fœmininæ. 9. eſt paragogica ſæpe in futuro infinitivo, & imperativo.

12. מ In principio ſervit nominibus: tum ad ea formanda; tum ut præpoſitio *a*, *ab*, *præ*, *ex*, *de*, *cum*, *propter*; tum ad formanda participia Niphal, & Hithpael quæ

quæ ſunt inſtar nominum. Cum verbis facit Gerundia in *do*, quæ per *ne ex quo*, vel *antequam* reſolvuntur. In fine vero ſola eſt ſuffixum pronomen tertiæ perſonæ pluralis maſculini; cum ׳ vero præcedente notat numerum pluralem maſculinorum.

13. ׳ In principio; aut format tertiam perſonam futuri utriuſque numeri, aut quædam nomina verbalia. In medio niſi redundet, ut aliquando (vel ſit loco Vau in quieſcentibus Aghin Vau, vel loco ה in quieſcentibus Lamed He) eſt nota conjugationis Niphal, dum eſt inter ſecundam, & tertiam radicalem. In fine vero 1. eſt ſuffixum primæ perſonæ ſingularis 2. format Patronimica adjectiva, numeralia, & nonnulla verbalia. 3. notat primam perſonam ſingularem præteriti, & 2. fœmin. ſingularem imperativi, & futuri. 4. eſt nota pluralis ſequente ם & ſine illo, cum datur regimen. 5. etiam aliquando eſt paragogica.

ו In principio eſt conjunctio *&* copulativa & cum paſſim occurrat per, *autem*, & *vero* ſolet efferri. In medio primo format utrumque participium, ſcilicet inter primam, & ſecundam radicalem Benoni; & inter ſecundam & tertiam Paul. 2. format futurum, infinitivum & imperativum con-

jugationis Kal inter ſecundam, & tertiam radicalem. 3. Ante primam radicalem poſt characteriſticas Niphal, Hiphil, & Hophal, atque etinales, notat, eas conjugationes eſſe verbi quieſcentis *Pe Jod*, ſive Hophal duplicantium, aut quieſcentium *Aghin Vau*. 4. inter duas radicales notat verba duplicantia in præterito; & verba quieſcentia Aghin Vau in toto Niphal. 5. format plurima nomina verbalia.

15. Hæc etiam littera in fine 1. notat tertiam pluralem præteriti, & futuri, & ſecundam pluralem imperativi. 2. eſt nota ſuffixi pronominis tertiæ perſonæ maſculinæ. 3. quandoque eſt paragogica. 4. ſequente ת eſt nota pluralis numeri fœmininorum, & quorumdam infinitivorum in verbis Lamed Aleph, & Lamed He.

16. ת In principio vel format ſecundam futuri utriuſque generis, & numeri, & tertiam fœmin. utriuſque numeri, vel aliqua nomina verbalia, vel conjugationem Hithpael per ה ſic הת; vel interponendo primam ex radicalibus, quando eſt una ex his ש. ס. In fine vero 1. pro ה eſt nota generis fœminini. 2. poſt Vau, & aliquando ſine illo eſt nota pluralis fœminini, & ſubſtantivorum fœmininorum. 3. format ſecundas perſo-
nas

nas singularis præteriti utriusque generis. 4. format cum ם & ן v. g. תן תם secundas personas plurales præteriti utriusque generis. 5. format primam communem singularem, præteriti; sequente Jod, v. g. תי. 6. format infinitivos verborum defectivorum *Pe Jod*, & *Pe Nun*, & plerosque *Lamed He*.

17. Circa tertium denique de litteris servilibus, quæ interdum ubi adesse deberent, desiderantur: solent esse 1. י tum in pluralibus, tum prima persona præteriti. Et per exigentiam loci, haberi poterunt ם solum, ut plurale rarius, sicut & ן etiam, ut plurale rarius more chaldaico; & ת solum, ut nota rarior primæ personæ more Syro Chaldaico, Samaritano, & Arabico. 2. נ & ת quæ solent contrahi in unum, cum duo concurrere deberent propter incrementa. 3. ו Quod in pluralibus interdum omittitur, & erit etiam plurale rarius petendum ex contextu: item solet ommitti sequente affixo, aut Nun ן paragogico. Quæ usu leviora fiunt.

# CAPUT X.

## *De Syntaxi.*

1. QUamquam lingua Hebræa, cæteræque Orientales inde petitæ, methodum sibi vendicant peculiarem, & structuram; nihilominus etiam cum Latina, & Græca illas communiores constructiones linguæ cujuslibet consectantur: unde pro præsenti Syntaxi ea, quæ sibi in constructione singularia sunt, attingemus; notantes interea, participia perinde, ac nomina, recenseri debere, & de utrisque itidem loquendum esse Nomina autem propria quarumcunque rerum inter Hebræos, & Orientales sunt cognitu difficilia, eo quod, cum nullâ litterâ majusculâ designentur, præterea suam significationem contineant, quæ de suis radicalibus peti potest: quare anceps est passim constructio; an, videlicet, dictio appellativa sit: an propria. Alicubi forte, una vel altera lineola appensa supra dictionem poterit nomen proprium indigitare, sicuti indigitare solet & numerus: qui etiam per easdem litteras significantur; & quidem ita ut Hebræi passim

ſim ſub eiſdem litteris numeralibus aliquam quoque ſignificationem condiant, & claudant, non ſecus ac latini ſolent ludere in carminibus chronologicis. Jam ergo nomina propria, vel ex dictione multum polyſillaba; vel ex nulla, aut violenta accommodatione Grammatica; vel ex ipſo contextu; vel ipſomet uſu poterunt comperiri, maximè ſi interea notes, ſæpè nomen proprium eſſe duplici dictione Hebraica diviſum v.g. Kades-Barne & alia. Poſt quæ primum de conſtructione nominis nonnulla ſeligam; deinde de Verbi conſtructione, ac demum ea, quæ ulteriùs conducere videbuntur ſub hoc capite ſtatim complectar.

2. Igitur nomen ſubſtantivum 1. aut eſt ſe ſolo, & tunc geminatum ſi eſt diminutivum, magis minuit, ut *puer puer*; ſi vero augmentativum auget v. g. *magnus magnus*, ideſt, *maximus*; ſi vero eſt diſtributivum, vel capax diſtributionis etiam modo indefinito diſtribuit v. g. *die die*, ideſt *per ſingulos dies*. Aut eſt cum aliquo ſubſtantivo continuato, & tunc ſervat formam regiminis, alterum ex illis, quæ forma noſcitur per Jod cum Tſere in pluralibus; per ת in fœminino ſingulari; vel per notam Genitivi in alterutro; & per aliquam ex his litteris

ſequentem v. g. שֶׁבֶלֶם ſoletque forma regiminis ad plura quoque nomina extendi ; itemque nomen regere caſum ſui verbi v. g. *cognitione Dominum* pro Domini. Aut ſubſtantivum & cum ſuo adjectivo, aut verbo, & tunc non raro apparet, quaſi diſcordantia in numero ; ſed hæc obſtare non debet quoties ſenſus bene ſit accommodus : quare hoc nomen אִישׁ cum plurali eſſe ſolet, eò quòd ſit terminus quaſi multiplicitatis, ut *populus &c.* 2. Subſtantivum autem ſemper ad adjectivum præcedat ut *filius ſapiens*.

3. Nomen adjectivum aut eſt poſitivum; & tunc formatur præter formam rigoroſe adjectivam, vel de adverbio v. g. *ſanguis immeritò ſanguis innocens*; vel de præpoſitione cum altero ſubſtantivo v. g. *Leo de Sylva* pro *Sylveſtris*; vel cum de regimine, aut conjunctione duorum ſubſtantivorum, fit concordantia ſubſtantivi & adjectivi v. g. *Beatitudines viri* : ideſt *vir beatus*, & *terra ſanctitatis*, ideſt *terra ſancta* : item adjectiva, quæ ablativum poſtulant hic explicantur regimine Genitivi v. g. *inſtructus belli*. Aut eſt comparativum, quod explicatur per præpoſitionem מִן affixam nomini reſpectu cujus ſit comparatio v. g. טוֹב מִיַּיִן *bonum præ vino*, ideſt, *melius*. Aut ſuperla-

perlativum, quod vel geminatione vel per מְאוֹר valde poſtpoſitum explicatur v. g. מְאֹד טוֹב *bonum valde*, ideſt *optimum*. Si autem comparatio eſt in ſententiis ea, quæ affirmatur præfertur; & quæ negatur poſtponitur; ſed non pœnitus reſpuitur v. g. *miſericordiam volo*; *non ſacrificium*, ideſt, *magis eam volo quam hoc*. 3. Aut eſt pronomen: & tunc Hæbrei pro reciproco, quo carent, utuntur affixo *is ea id* v. g. *faciem ejus*, ideſt, *ſuam*: aut pronomen ſequitur poſt nomen, & æquivalet verbo. *Dominus in Cœlo ſedes ejus*, ideſt in *Cœlo ſedet*: aut eſt poſt relativum v. g. *ſicut pluvis*, *quem projicit eum ventus*, & utraque conſtructio eſt elegans. Notandum tamen eſt quod nonnunquam relativum ſubintelligitur ut Pſal. 18. v. 45. עַם לֹא־יָדַעְתִּי *populus non cognovi*, ideſt, *quem non cognovi*.

4. Verbum verò vel regit nomen, atque pronomen nudè; vel, quod eſt frequens nimis, cum aliqua particula, vel articulo; unde pro earum varietate, & ſignificatione verborum, hi verſiculi clarius, & pro memoria tenacius rem declarabunt.

ל *Res & perſona in Lamed Dativa requirunt*
*Arcta, dimitte, expecta, jubet, oſcula, fallit,*
*Permitte, illudas, reſponde, conſule, clama,*
*Præ-*

*Prævalet, appellat, fidit, dominatur, honorat:*
*Tum jurans, salvans, credens, & verba medendi.*
אֶת *Accusandi casus hæc verba requirunt.*
*Nuntiat, & maledic, memorat, colit, servit, eventus*
*Per* ב *interpres, testis, videt, eligit, atque*
*Contemnens, simul occurrens, apprendit, odorans*
*Causa, instrumentum, pretium, modus. At qui indicat, ultra*
*Qui docet, atque rogat duplicant moderamine casum.*
*Ablativa petunt* בְּ *aut* מִן *copia, egestas:*
*Sic sextum* עַל בְּ *varient tibi gaudia casum.*
אֶת *primo in casu Passiva, & neutra reposcunt.*

5. Post has regulas, quas memoriter condiscere non est difficile. 1. Quoad concordantiam verbi cum nomine in genere, & numero solet quandoque occurrere anomalia, quæ neque in constructione sensum eliciendum remorari debebit; neque in sermone condendo legem facient: concordia autem verbi cum utroque nomine regiminis, sive recto, sive obliquo stare potest. 2. Quoad usum temporum nota, tùm quod tem-

tempus præcedens trahit ad ſe poſterius v.g. הֶאֱמַנְתִּי כִּי־אֲדַבֵּר *credidi propter quod locutus ſum*, & tamen dicit *loquax*: tùm quod participio præſentis utuntur pro præſenti v. g. אֲנִי רֹאֶה *Ego videns* pro *ego video*, & generatim tempora, quæ non habent per eaـ, quæ habent accomodant ad exigentiam loci: tùm quòd infinitivus ad conatum ſignificandi, adjungi ſolet futuro, & præterito, præeundo v. g. *moriendo morieris*; imperativo autem ſolet adjungi ſequendo v. g. שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ *audite, audiendo*. Tùm quòd regimen unius verbi in aliud eſt ad infinitivum cum ל vel nudè, & trahi quoque ſolet ad idem genus numerum, & perſonam cum regente v. g. הוֹאִיל הָלַךְ *voluit, ivit*, ideſt, *voluit ire*, ut Arabes uti ſolent. Regitur autem talis infinitivus cum ל præſertim à verbis voluntatis & facultatis, ſeu potentiæ ſicuti, & infinitivus facultatis ſenſitivæ regit rem cum ב v. g. לִרְאוֹת בְּטוֹבַת *ad videndum in bonitate ideſt bonitatem*: Tùm quod verba activa, ſeu tranſitiva regunt accuſativum ſui ſignificati perſæpe ut *videbo viſionem &c.* & participia paſſiva pro verbali in *Bilis* conſtrui ſolent.

6. Circa conſtructionem dictionis id 1. obſervandum eſt quod ſæpe præpoſitio cum altera præpoſitione conjungitur v. g. מִן & אַחַר

אַחַר fit מֵאַחַר ideſt *de poſt* . Secundò quod particulæ, aut litteræ uſitatiores, & univerſaliores ſignificati ſunt, ב & ו. Quippe ו in principio dictionis præter uſum copulativum, & converſivum jam inſinuatum, habet etiam disjunctivum ut *vel*, cauſalem ut *quia* adverſativam ut *ad*, & aliquando inſtar adverbii comparativi ut *ſicut*, & rationalis ut ergo & cauſalis antecedentis ut *ideo*: nam *quia* dicit cauſam ſequentem ב autem in Hebræo ſermone habet omnem uſum vel ferè omnium præpoſitionum; quare & acuti interpretis obſervare eſt, quid eo loci oportunius adveniat. Tertio quod pro negatione diverſæ particulæ uſurpantur, & diverſimode: nam בַּל בְּלִי בִּלְתִּי junguntur præterito, atque futuro אֵין *non* jungitur participiis; ſed לֹא temporibus cunctis præter imperativum, cui videtur præponendum אַל ideſt *ne*, & פֶּן ne forte ſicuti, & futuro junguntur. Et quidem ſi negatio ſequitur poſt ה interrogativum; affirmatur v. g. *an non &c.* ſi vero non ſequitur; potius videtur interrogatio negans v. g. *Nunquid ego &c.* quando autem præcedit ad *omnis* facit *nullus* contra Dialecticos ajentes *non omnis quidam*. Ac ſub unica negatione præfixa plura verba reguntur. Huc trahi poteſt quod particula אִם ideſt, ſi, quæ

quæ ſolet eſſe de formula juratoria, ſiquidem poſt juramentum ſequitur v. g. *vivit Dominus ſi &c.* negat verbum affirmans; & affirmat negans v. g. *Juravi in ira mea; ſi introibunt in requiem meam*, ideſt, *non introibunt*. Quarto in conſtructione præpoſitionum ſciendum eſt primum ſignificatum cujuslibet; & poſtea ſignificata, quæ pro opportunitate ſolent induere v. g. אֶל ſignificat proprie *ad* ſed aliquando *in de cum*. Deinde אֵת proprie ſignificat *cum*. At inveniri ſolet *pro ex de ad per adverſus* & ſervire Dativo pro ל item præpoſitio עַל ſignificat proprie *ſuper*; ſed ſæpe *juxta ad contra in ſupra* vel *pro* coram. Particula כִּי proprie eſt *quoniam*; at pro *ſed*, *ut*, *tantum*, *quando*, *quamvis* ſolet inveniri. Ea vero copulatio מִפְּנֵי frequens eſt, & ſumi ſolet pro cauſali *propter*, excepta tamen cauſalitate finali.

7. Poſt hæc duo reſtant ad Sintaxim perfecte tradendam, ſcilicet & particularum copia & numeralium notitia. Quoad 1. Monſ. Maſclef in cap. 17. ſuæ Grammaticæ eſt uberrimus, & perſpicuus, ſed brevitatis cauſa ea quæ Sglhauterius noſter congeſſit affatim ſufficere videbuntur: itaque & præpoſitiones, & interjectiones, & adverbia conjunctioneſque ſeparamus.

Præ-

## Præpos.

| | |
|---|---|
| עִם | cum |
| אֵת | cum |
| אֵצֶל | apud |
| נֶגֶד | coram |
| לְמַעַד | propter |
| בַּעֲבוּר | propter |
| אַחֲרֵי | post |
| תַּחַת | pro |
| בֵּין | inter |
| עַל | supra |
| אֶל | ad |
| בְּלִי | sine |
| בִּלְעֲדֵי | præter |
| זוּלַת | præter |
| מִלְּבַד | præter |
| הָלְאָה | ultra |
| לְפִי | secundum |
| לִפְנֵי | coram |
| לְעֻמַּת | contra |
| מוּל | contra |
| מִמּוּל | contra |
| נֹכַח | contra |
| לְנֹכַח | contra |
| וּמִ | è ex |
| מִן | de præ |
| מִן | à ab |
| עֵבֶר | trans |

## Interject.

| | |
|---|---|
| הוֹי | o, væ heu |
| אוֹי | heu, væ |
| אִי | væ |
| אוֹיָה | heu |
| אֲהָהּ | ah |
| הָהּ | ah |
| אָהּ | ah |
| הֶאָח | euge vah |
| חָלִילָה | absit |
| הָבָה | eja |
| לוּ | utinam |
| אַחֲלַי | utinam quæso |
| אַחֲלֵי | utinam |
| אָנָּא | quæso |
| אָנָּה | quæso |
| נָא | quæso |
| בִּי | quæso |
| אָמֵן | amen |

Con-

| Conjunct. | | Adverbia | |
|---|---|---|---|
| אַף | etiam | אַיֵּה אֵי | ubi |
| גַּם | etiam | פֹּה הֲלוֹם | hic |
| אוֹ | aut | שָׁם | ibi |
| אִם | ſi, an ? | חוּץ מִחוּץ | foris |
| כִּי | quia, l, quod ſi | מִבַּיִת | intus |
| כִּי־אִם | ſed quod ſi | בַּלָּט | clam |
| אַף־כִּי | ita ne ? cur? | מַעְלָה | ſupra |
| אַף־כִּי | quanto minus | מַטָּה | infra |
| לוּ | ſi forte | פָּנִים | ante |
| לוּלֵא | niſi | אָחוֹר | retro |
| רַק | tantum | יַחַד | ſimul |
| אַן | tantum | יַחְדָּו | ſimul |
| אַךְ | verum | לְבַד | ſeorſim |
| אֲבָל | certe | מֵאַיִן | unde? |
| אוּלָם | verum | אָן אָנָה | quo? |
| יַעַן | quia | הֵנָּה וָהֵנָּה | huc vel illuc |
| יַעַן־כִּי | eo quod | מָתַי | quando |
| יַעַן אֲשֶׁר | eo quod | תָּמִיד | jugiter |
| עֵקֶב־כִּי | eo quod | יוֹמָם וָלַיְלָה | die ac nocte |
| עֵקֶב אֲשֶׁר | quatenus | עַתָּה | nunc |
| עֵקֶב־כִּי | eo quod | אָז אֲזַי | tunc |
| בְּשַׁגַּם | eo quod etiam | הַיּוֹם | hodie |
| עַל־כֵּן | itaque | מָחָר | cras |
| לָכֵן | itaque | תְּמוֹל אֶתְמוֹל | heri |
| | | שִׁלְשׁוֹם | nudius tertius |
| | | לְפָנִים | ante |
| | | כְּבָר | jampridem |

Ad-

Adverbia

| | |
|---|---|
| טֶרֶם | antequam |
| אָחַל | poſt |
| לָמָּה מְרוּעַ | quare? |
| הֲלֹא | an non |
| כֵּן כֹּה | ſic ita |
| אָכֵן אָמְנָם | certe |
| בְּלִי בִּלְתִּי | non |
| אֵין לֹא־בַל | non |
| אוּלַי | forte |
| פֶּן | ne forte |
| אַל | ne |
| אֵיךְ אֵיכָה | quomodo |
| טוֹב הֵיטֵב | bene |
| אַחַת | ſemel |
| בַּמָּה | quoties? |
| כָּכָה | ſic |
| מְעַט | parum |
| יוֹתֵר | plus |
| מַהֵר | cito |
| כַּמַּח | quantum! |

8. Expeditis ergo jam variis particularum claſſibus, quarum uſus eſt frequens, ſequitur numerandi ratio illa, quæ in Cardinales, ordinales adverbialeſque indidem numeros, diſſecta frequentem uſum habet quoque in Syntaxi. Circa quos prænota 1. quod

1. quod in Cardinalibus à tribus ad decem terminatio fœmininorum maſculina eſt; & maſculinorum fœminina. 2. quod in pluralibus Cardinalibus faciunt etiam concordantiam cum ſubſtantivo ſingulari: v. g. חֲמִשִּׁים שָׁנָה *quinquaginta anni*. 3. Quod ſemper minor numerus majori præponitur. 4. Quod ſingularia jam ante, jam poſt ſubſtantivum, pluralia ſemper ante ſubſtantivum præponuntur. 5. Quando ſit compoſitio aliqua numerorum cum ſingulis repeti ſolet ſubſtantivum potius ex idiotiſmo linguæ, quam ex neceſſitate v. g. שָׁנָה מֵאָה שָׁנָה וְעֶשְׂרִים ideſt, *centum anni*, *& viginti anni*. 6. Cardinalia ſumi ſolent pro ordinalibus, & ſuis adverbiis v. g. אֶחָד unus pro *primus* שֶׁבַע pro *ſepties* & pro proportionalibus *duplum triplum &c.* v. g. שְׁנַיִם יְשַׁלֵּם duplum reſtituet. 7. Cardinalia repetita faciunt numeralia diſtributiva *bini*, *terni quaterni &c.* 8. Ordinalia fœminina jam adverbialiter v. g. שֵׁנִית *ſecundò*; jam proportionaliter pro parte aliquota v. g. חֲמִשִׁיתוֹ *quintam partem ejus* uſurpantur.

## *Numeri Cardinales.*

| Gen. Mascul. | | | Gen. Fœmin. | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | אֶחָד | 11 | אַחַת עֶשֶׂר | 1 |
| 2 | שְׁנַיִם | 12 | שְׁתַּיִם | 2 |
| 3 | שְׁלֹשָׁה | 13 | שָׁלֹשׁ | 3 |
| 4 | אַרְבָּעָה | 14 | אַרְבַּע | 4 |
| 5 | חֲמִשָּׁה | 15 | חָמֵשׁ | 5 |
| 6 | שִׁשָּׁה | 16 | שֵׁשׁ | 6 |
| 7 | שִׁבְעָה | 17 | שֶׁבַע | 7 |
| 8 | שְׁמֹנָה | 18 | שְׁמֹנֶה | 8 |
| 9 | תִּשְׁעָה | 19 | תֵּשַׁע | 9 |
| 10 | עֲשָׂרָה | 20 | עֶשֶׂר | 10 |

| Commun. | | 1 000 | אֶלֶף |
|---|---|---|---|
| 20 | עֶשְׂרִים | 20 | אַלְפַּיִם |
| 30 | שְׁלֹשִׁים | mil. | אֲלָפִים |
| 40 | אַרְבָּעִים | 10 | רְבָבָהרִבּוֹ |
| 50 | חֲמִשִּׁים | 20 | רִבּוֹתַיִם |
| 60 | שִׁשִּׁים | plur. | |
| 70 | שִׁבְעִים | 10000 | רְבָבוֹת |
| 80 | שְׁמוֹנִים | | Ordinales M. |
| 90 | תִּשְׁעִים | 1 | רִאשׁוֹן |
| 100 | מֵאָה | 2 | שֵׁנִי שְׁלִשִׁי |
| 200 | מָאתַיִם | 3 | Fœmin. |
| pluries | מֵאוֹת | 1 | רִאשׁוֹנָה |
| 100 | | 2 | שֵׁנִית |

9. Cir-

9. Circa quas tabellas notabis nonnulla. 1. Quod illa, quæ usque ad decem ponuntur, tam fœminina quam masculina, solent habere aliquam varietatem in regimine; id tamen est juxta regulas consuetas regiminis, prout in nominibus, in abjiciendo ם numeri 2. & subeundo ה loco ה Notabis 2. eosdem numeros utrosque, si denarius ille עָשָׂר sequatur, currere usque ad 20., atque tam extra regimen, quam intra itidem usurpari: pro 11. tamen solet etiam poni עַשְׁתֵּי Notabis 3. quod pro Jod etiam est usui רִבּוֹא Notabis 4. De ordinalibus masculina in י v. g. שְׁלִישִׁי & fœmin. in ית v. g. שְׁלִישִׁית, רִאשׁוֹנָה & רִאשׁוֹן terminari usque ad decem, & deinceps recurri ad Cardinales, itaut עֶשְׂרִים sit etiam vigesimus. Item illi ordinales usque ad decem interserunt aliud י post litteram 2. v. g. שְׁמִינִי *octavus* excepto שִׁשִּׁי *sextus*, & שֵׁנִי *secundus*. Notabis 5. quod pro adverbiis ordinalibus *primo secundo* servit terminatio fœminina eorum v. g. שְׁלִישִׁית *tertio*; & pro adverbiis Cardinalibus *semel*, *bis &c.* dicitur אַחַת פַּעַם *una vice* פַּעֲמַיִם bis שְׁלֹשָׁה פְּעָמִים tribus vicibus &c. & quandoque inveniri solent pro vicibus hæ voces מנים à מָנָה *numerare* & רְגָלִים ut Exod. 23. 14. שָׁלֹשׁ רְגָלִים *tribus vicibus*.

## CAPUT XI.

### *De figurata Conſtructione Rhetorica, & Poeſi.*

1. **E**St & figurata conſtructio quæ pertinet ad Grammaticas; & figuratus ſtylus, qui pertinet ad Rhetoricas, quorum neutrum deeſt Hebræis. Quoad 1. enim habent ſuas Enallages, & Hypallages: fit enim Hypallage caſus pro caſu Iſaiæ 1. v. 3. ubi dicitur *bos cognoviſſe præſepe Domini ſui pro Dominum præſepis ſui*. Enallage autem generis eſt etiam apud Iſaiam 3. 12. dum pro viris effæminatis mulieres ponuntur, & Enallage verbi pro adverbio Daniel 9. 21. dum dicitur *redibit, & ædificabitur platea*, ideſt *rurſus ædificabitur*. Enallage autem apud ipſos longe frequentior eſt ſumendo tempus pro tempore, nedum cum Vau converſivo de futuro in præteritum, vel de præterito in futurum; ſed etiam ſine illo, aut aliter v. g. Ezech. 13. 3. *nihil vident* pro רָאוּ *viderunt*. Exod. 15. 1. אָז יָשִׁיר *tunc cecinit* pro *canet*. Job. 1, 7. *unde venis* pro *unde venies* מֵאַיִן תָּבֹא & infinitivus pro alio tempore, præſertim quando

do eſt cum Gerundio v.g. *in convertendo Dominus captivitatem Sion*. Quas omnes figuratas Grammaticationes, ſicuti & alias, quæ Hebræis cum cæteris linguis communes ſunt, ipſe cuique contextus aperiet. Huc tamen magis appropinquare videtur varietas illa conſtructionum pro ſuperlativo exprimendo: nam 1. rei ſummum gradum exprimunt adjungendo Genitivum *Dei*: v. g. Cedros Dei ideſt *altiſſimas*: *mons Dei mons pinguis* ideſt *mons electiſſimus*. 2. Per repetitionem poſitivi ut dixi v. g. *magnus magnus*, ideſt, *maximus*. 3. per ſubſtantivum in regimine geminatum v. g. שִׁיר הַשִּׁירִים *Canticum Canticorum*, ideſt *Canticum excellentiſſimum*.

2. Quoad ſtylum Rhetoricum S. Aug. in libris de Doctrina Chriſtiana ſe in ſacro eloquio omnem Rhetoricam ſe oſtendere pollicetur: nec immeritò: eſt enim ibi multa, & alta eloquentia mille tropis reſperſa, quorum loca curſim citata, & latinè converſa dabimus ut inſtructio pateat, & non remoretur: facile enim qui pervenerit huc verba Hebraica conſulere poterit v.g. Synechdochæ Geneſ. 4. 19. Auferet *Pharao caput tuum*, ideſt, *te*. Item Daniel 7. v. 25. Genus pro ſpecie, tempus pro anno Iſaiæ

1. 15. *ſanguis pro omni homicidio, & peccato*. 2. Reg. 6. 5. *In lignis abietum* pro inſtrumentis muſicis, ubi ſumitur materia pro re. 2. Methonimiam, cum Samariam vocat Samaritanos, Sacerdotes *templum*; Idolatras *Idolum*, peccatum ejus effectus. 3. Hyperbolem. Gen. 41. 49. *frumentum tanquam arenam maris*, & in Exodo in occiſione primogenitorum ibi *nulla erat domus, ubi non jaceret mortuus*. 4. Methaphoram frequentem, & elegantem v. g. *medulla frugum* eſt, quod eſt optimum; *cornu* eſt potentia; *robur panis* alimentum; *os gladii* acies ejus; *Sagitta, gladius, ignis* quodvis tormentum. *Gladius inebriatus ſanguine*. Multa cædes. *Pars funis, & funiculus* hæreditas. *Vaſa* inſtrumenta, & alios modos loquendi ita valentiſſimos, ut nedum ſecum ferant methaphoram; ſed & emphaſim, quibus ſcatet Job, Pſalmi, & Prophetæ: neque eſt prætereunda uſurpatio vocis *filia*, & *filius* qua appellant quidquid ex alio naſcitur v. g. filius *areæ* granum *filius pharetræ ſagitta*, *filius olei* Sacerdos; *filia maris* inſula, & civitate *filiæ vocantur* meretrices, ſi idolatræ; & virgines dum ſanctæ; verum eſt tamen, quòd verbum בּוֹנֶה ſignificat filiationem, & ædificium.

cium. 5. Ironiam. Gen. 3. 22. quasi *unus ex nobis factus est*, & Zach. 11. 13. *Decorum prætium* pro indecoro. 6. Antiphrasim. Job. 1. 11. Benedicere pro maledicere. Quæ quidem specimina suffectura sunt ad degustandam eloquentiam sacram prout pertinet ad Grammaticum.

3. De Poësi itidem certum est quod prisca, & sacra jam periit. De moderna tacent Quinquarboreus, Sglhauterius, Bartoloccius. Ego vero cum non ad loquelam, & poëmata cantionesque, (quas Rabbini sibi cudant ut velint) Grammaticem dirigam; pro intelligendo sacro textu, condendoque ad summum aliquo Epigrammate ea, quæ sunt satis, adnecto. Itaque apud Hebræos sillabæ longæ sunt omnia decem puncta longa, & brevia; & sillabæ breves omne sceva mobile simplex, & compositum, imo & Sciurek ante בּוּמַף dum ponitur pro וְ. Pedum alter est monosyllabus vocatus תְּנוּעָה idest motio v. g. עַם alter jambus vocatus יָתֵד constans brevi, & longa unde compingunt, jam spondæum constantem duabus longis, jam Bacchium ex brevi, & duabus longis, seu jam Molossum ex tribus longis, & creticum ex longa brevi, & longa, per quos metiuntur sua carmina, & etiam per

illos in quibus non coëunt duæ breves ſimul. Ex his formatur diſtichus appellatus בַּיִת quia habet pro primo verſu eum, quem vocant דֶּלֶת, & pro ſecundo סְגוֹר; ſi autem poëma habet minus, quam decem בַּיִת dicitur פָּסוּק ſeu Epigramma; ſi vero eſt longius, dicitur שִׁיר ideſt, *Canticum*: & hoc liberè currit in numero verſuum, & numero pedum, & ſyllabarum uniuſcujuſque verſus; niſi quod ſervare debent aliquem rithmum, ſeu conſonantiam, ſaltem quoad ſyllabam ultimam, & hanc per binos, vel alternos verſus, vel ut malis. Quoad figuras & licentias multùm cum Latinis eunt, non tamen quoad cæſuras. Uſurpant enim ſæpe integros pedes. Item uſurpant conſonantiam quoad duas ſyllabas ultimas, & ſi verſus ſunt breves; unus eſt ad latus alterius v. g. ex ſpondæo Bachio, & Jambo:

בָּרָא אֱלֹהִים אֱנוֹשׁ : בָּנָן מְרִימוֹ לְרוֹשׁ :

Ex Cretico, Spondæo & Bachio.

טוֹב יְהוֹשֻׁעַ שְׁלַח לִי : חַנֵּךְ קֹדֶשׁ בְּלִבִּי :

Ex ſpondæo & duobus Bachiis.

יָבֵשׁ בְּקָרְאִי גְרוֹנִי :
דָּבֵק לְחִכִּי לְשׁוֹנִי :

Ponitur 3. בַּיִת ut poni ſæpe ſolet unus verſus infra alium. Præterea de 4. ſpondæis fieri ſolet carmen ſimplex: ac tandem de pedibus rela-

relatis versus sic, vel aliter poterunt permisceri pro hac, vel illa pellula concinnanda. Et hæc tam de Poësi quam de nostra Grammatica cujus exercitationem adnectimus.

## CAPUT XII.

### *Exercitatio Grammatica cum punctis, & sine punctis.*

1. DUo sunt quæ suadere poterant hanc exercitationem non esse hic necessariam: alterum videlicet, quia hanc Grammaticen eo fine scripserimus; ut Matriti, Compluti, Salmanticæ & Valentiæ, ubi sunt Cathedræ linguæ Hebrææ harum moderatoribus deserviret, ut sub methodo uniformi, & voce viva Magistri discipuli possint proficere: videbatur enim exercitationem Grammaticam Magistro vivo relinquendam esse, quo & ea foret utilior, & Grammatica brevior. Alterum est, quod, cum nos in traditione hujus idiomatis via moderationis media incedamus; non videbatur pariter oportere eas minutias persequi, quæ in hujusmodi exercitatiunculis notari consuescunt. Sed verò maturè ad omnia

nia reſpiciens ſub hac eadem moderatione rem præſtare decrevi. Nam ex una parte breviuſcula admodùm exhibebitur exercitatio cum punctis, & ſine illis ad ſex, vel octo verſus protenſa: quæ proinde non tam ſit labor & onus, quam ſpecimen, & manuductio: ex altera vero parte juxta doctrinam noſtram de uſu moderato punctorum non ibit tota res, niſi moderata.

## PSALMUS XXXIV.

*Secundum Hebræos.*

### VERS. I.

Semper : tempore omni in Dominum Benedicam

אֲבָרְכָה אֶת־יְהוָה בְּכָל־עֵת תָּמִיד

Jamid heth bechol eth-JEHOVAH Avarecha

meo ore in ejus laus

תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃

bephi tehillatho.

2. אֲבָרְכָה Eſt prima perſona futuri in conjugatione *Piel*: ubi quia littera ר, quæ eſt in medio non admittit Daghes cap. 3. ſuppletur per vocalem longam in præcedenti.

Ra-

Radix eſt בָּרַךְ *Benedixit*. Littera ה in fine eſt Paragogica cap. 8. inſtar ſuffixi quod vertit Tſere ·· in Sceva : cap. 8. Prima virgula pendens eſt accentus Rhetoricus *Meteg*, & ſecunda Grammaticus dans tonum ſyllabæ cap. 3.

אֶת־ Eſt ſignum Accuſativi caſus cap.4. cum Segol pro Tſere propter accentum Macaph cap. 3. & 5.

יְהוָה Nomen Dei Tetragrammatum, ſeu quadrilitterum, quod ineffabile eſt à Judæis id nunquam proferentibus, & eſt modò ineffabile, ſi attendatur ad criſim pronuntiationis, quam tamen ultrò præterea, ubi nota adſunt puncta. Radix hujus nominis eſt verbum הָיָה fuit. Quia exinde formatum eſt nomen Dei. Exod. 3. 14. ſic אֶהְיֶה & ſic formabatur nomen ineffabile de tertia perſona futuri ſicut alia quæ formantur de tertia perſona futuri Kal.

בְּכָל־ Littera ב eſt ſervilis cum ſuo ſolito Sceva; & ſignificat *in*: habetque Daghes lene cap. 2. Reliquæ litteræ ſunt de radice כָּלַל *perfecit*: & inde vox כֹּל *omnis*. Cholem hic propter accentum macaph vertitur in brevem, ſcilicet Camets Chatuph cap. 5. & profertur ut tale, licet videatur Camets cap. 2.

עֵת

4. His positis tres bases hujus lectionis ponit in limine Genebrardus. 1. Litteras de Alphabeto Hebraico quæ vocalium munere fungi solent, scilicet אהוי Aleph, He, Vau, & Jod. 2. Litteras characteristicas formativas verborum, & nominum, 3. Litteras serviles simul cum affixis & suffixis tam in nominibus, quam in verbis: & quamquam in his capitibus observandis non possint non spargi plura quæ intelligentiæ æque aut potius quam soli lectioni deserviant, nihilominus modo pro lectione præsertim, exinde regulas contexemus.

5. Regula 1. Quoties aliqua consona destituta est vocali auxiliari v. g. יוא Vau, Jod, & Aleph; semper intelligitur cum A, & quidem si sint muta & liquida cum unico A sonare debebit v. g. אברהם *Abraham*. Nisi 1. Characteristica verbi, aut nominis bene cognita aliud petat v. g. התמסר *Hithmasser*. Nisi 2. Propter plurale, aut genus fœmineum, vel affixa, vel syllabas, aut litteras terminatas in Mem, vel Nun v. g. ים

 חם

חת ין חן ין debeat legi 1. littera cum Sceva, five E, v. g. דברים *Debarim &c.* Nisi 3. Debeat legi E vel intelligi Sceva in medio; quæ ut plurimum veniet intelligenda ante litteras, vel syllabas serviles quæ non habent proxime ante se vocales expressas sicut habet דבריך Debarecha: debebitque legi ibi, potius quàm supprimi quando præcedat tacita vocalis longa, aut lateat Daghes, vel accentus. Sed tamen nota quod aliqua affixa, quæ patent ex Grammatica non habent proxime ante se tale Sceva, v. g. דברו *Debaro*. Nisi 4. Aliter alicubi ex dictionario legere debeas. Quod ex usu veniet.

6. Secunda regula. Quod facilius legi poterunt litteræ, quæ non habent vocalem annexam. 1. non nimis curando de tali Sceva ex Genebrardo ajente cap. 10. *Quamquam ne tum quidem absurdum existimarim, si scevatæ litteræ eodem sono quo vocalis consequens efferrentur. Ex quo factum ut præ Selomo Solomon pro Phelistim Philistim pro Ichud Juhudei pro Jeoram Joram legatur; & etiam sic faciunt Germani Judæi.* Vel 2. Ex placito Eliæ Levitæ cant. 7. arbitrantis, non sequentibus gutturalibus aut Jod, debere per *A* legi, litteram vocali distinctam.

7. Ter-

7. Tertia regula. Quoties invenitur Aleph ſonat A maximè cum eſt radicale, juxta Eliam cant. 3. præſertim in medio ut קאם *Kam*. Niſi 1. quando eſt ultima thematis, & ſolet quieſcere in Tſere ſonando *E* frequentiſſime in reliquis conjugationibus; præter Kal & primas voces paſſivarum v. g. נמצא *Nimtſa*: & aliquando etiam ſonat E in nominibus Lamed Aleph. Niſi 2. ſit in futuro quieſcentium *Pe Aleph* ubi profertur per Cholem ſive O. Niſi 3. ſit formativa futuri in *Kal*, *Niphal*, *Hithpael*, ubi legetur per E.

8. Quarta regula eſt de littera Vau, quæ valet O vel V: pro cujus uſu hæc ſit regula. Si fuerit in medio dictionis valet O. Si in principio plerumque etiam valet O præter pauciſſima nomina quæ habent V. Sed exceptio eſt in conjugatione Hophal verborum quieſcentium *Pe Jod*, quieſcentium *Aghin*, *Vau* & duplicatorum. Si vero Vau ſit in fine, ſed non ultima littera & habeat Thau vel Mem ſervile in principio dictionis ſonabit *V*. Si vero poſt Vau ſit Thau in fine, ſonabit *V* ſi ſit ſingulare fœmineum; & ſonabit *O* ſi ſit plurale fœmineum: quod diſcrimen ex ſubjuncto verbo, vel adjectivo, vel affixo cognoſci poterit. Alias ut *O* ſem-

per sonabit ex Genebrardo, nisi sit participium passivum Paul. Quando vero Vau est ultima littera diligenter observa sequentia. 1. si sit affixum tertiæ personæ sonat *O*, nisi veniat post ה quia tunc sonat *V* v. g. פקדהו *Pekadhu*. 2. si ante Vau sit Jod poterit legi triplex diphtongus *Au*, *Eu*, & *Sic*, juxta exigentiam loci, seu potius syllabæ præcedentis. 3. Si præcedit *Nun* valet *V* nisi forte Nun sit de radice, & solum Vau sit affixum: tunc enim valebit O. 4. Si sit verbum clare cognitum, vel ex characteristica verbi, vel ex exigentia loci; fere semper sonabit *V* quia affixum per O raro est cum verbis maxime apud Rabbinos. 5. Si more chaldaico exciderit Thau Heemanticum sonat *V*, v. g. מלכו *Malchu*. Quæ ex contextu patebunt.

9. Quinta regula est de Jod vocali quæ potest sonare *E* vel *I*. Unde 1. sonat *E* si sit in principio vel in medio, maxime ut radicalis, vel index pluralis, aut lectionis quam Rabbini monstrant: v. g. בית *Beth* דבריכם *Dibrechem* רבינו *Rabbenu*, ubi Jod inseritur ad indicandum Tsere. 2. si Jod in principio sit formativa futuri, vel aliter servilis, atque in medio si characteristica conjugationis Hiphil ut ex littera ה sæpe patebit;

tunc

tunc valet *I*. 3. si Jod sit ultima, & appareat esse, aut plurale, aut regimen pluralis propter ה subsequutum alterius dictionis, vel nomen proprium; sonabit *E*; alioqui sive sit tertia radicalis, sive sit affixum primæ personæ, sive quid aliud pronuntiabitur per *I*.

10. Sexta regula est quod vocales prædictæ אוי Aleph Vau & Jod, etiam quasi consonantes aliquando per suas vocales efferuntur; sed quia hoc præsertim habet locum in Vau & Jod quæ ad instar nostrarum vocalium *I* vel *V* jam vocales jam consonantes fiunt; ideo de his notandum est quòd quando sunt consonantes geminari solent v. g. מטווה *Matve* עייל *Aial*. Similiterque Vau radicale in initio apud Rabbinos geminatur ut distinguatur à Vau copulativo. 2. Quando nomen plurale ponitur cum affixo singulari primæ personæ, vel duplicatur Jod vel anteponitur Aleph v. g. דבריי *Debarai* ut distinguatur a דברי *Debari* & משלאי Mesalai & idem esto de Jod postpositivo, idest formativo nominum, aut Paragogico. 3. In duplicatione Jod יי dicta, & quando Jod, Vau, He, & Aleph sunt consonantes, & per alias subscriptas motiones efferuntur, tunc litteræ בגד כפת duriter pronuntiantur.

11. Septi-

11. Septima regula de modo legendi litteras יחהע quæ licet non ſint vocales, tamen ab aliquibus ita cenſentur; & lectioni ſine punctis poterunt ancillari. Unde 1. littera ה ſi ſit in principio ut characteriſtica verbi in Hiphil, vel Hitpael, aut Niphal legetur per I; alias autem ſemper ut A in principio, medio, & fine, niſi quando pauca nomina quieſcentia Lamed He, & ſimplicia ſine littera Heemantica quieſcunt in E v. g. שדה Sade. 2. Litteræ ח.ע ſemper ſunt legendæ per A & quidem in fine licet præceſſerit alia vocalis longa debent habere ſuum A ſive Patach; quem vocant ſuffuratum; vel Genuà.

12. Octava regula eſt de litteris gutturalibus, ſcilicet, אהחע. In quantum videlicet hæ litteræ propter inflexiones Grammaticas variationem faciunt in ſe, & in littera præcedenti: (nam quid valeant ipſæ per ſe ſimpliciter, & ſecluſa variatione, & lege Grammatica jam ſupra dictum eſt.) Unde regula eſt, quòd *gutturalis notat ſe & præcedentem*, ideſt, *affinitatem ſervat in vocali cum ſua præcedenti*. Quare quando littera ſervilis præcedens ad Gutturalem debet ſonare per E, vel I, utraque ſonabit per E; quando ſervilis debet ſonare per A utra-

que

que ſonabit per A : & quando per Kibbuts , vel Camets Chatuph , proferetur gutturalis cum Camets Chatuph quod ſonat O ; & tunc in littera ſervili ſonabit Camets , ſive A longum v. g. מאכל legetur *Maochal* . Neque oportet in hac regula plus immorari .

13. Nona regula quoad modum quo Judæi præſertim Germani utuntur , in ſcribendis rebus ſuis ſermone vernaculo notari debent ſequentia . 1. ב̄ cum raphe uſurpant pro F ; pro quo etiam *Vau* nonnunquam uſurpant maxime in principio dictionis . 2. Tſade ſumunt pro Z , Zain vero pro S leni , ſed Samech pro S acuto . 3. pro Pf ſolent geminare litteram Pe , & pro littera X has duas jungunt קש . 4. Non utuntur litteris תח ; ſed tamen germani pro ח Jod interſerunt , & tanquam E pronuntiant . 5. Litteram ע uſurpant pro *E* vocali , & geminatum Vau pro ſyllaba *Vu* . 6. In fine & monoſyllabis rarò vocalem pingunt ; atque etiam initio & medio aliquando in nominibus propriis v. g. פרנקישקוש *Franciſcus* , & רוברטוש *Robertus* . 7. Solet interdum Aleph ſcribi poſt Jod , ad notandum quod illud Jod potius per E quam per I legi debeat : quamquam tam Jod quam Aleph ipſi nonunquam

quam omnino redundanter in fine ſubjiciant. 8. Pingi ſolet in nominibus barbaris & vernaculis duplex Jod junctum quod aliquando valet I & E v. g. מיידו *miedo*: & ſi ſequitur poſt Nun valet ſyllabam Hiſpanicam ne v. g. טניי Tañe; & etiam פניו Paño. Aliquando primum Jod ſervit pro V liquida, & ſecundum pro *E* v. g. קיישטור Quæſtor. Aliquando primum Jod fit conſona quaſi eſſet Guimel v. g. לרייש larges.

14. Decima regula. Quod quando occurrant conſonantes, quæ ſe habeant, ut muta, & liquida v. g. פר כל pr. cl. & non incongrue ſub una vocali corripientur; vel incipiente v. g. *Per*, vel claudente v. g. *Pri*: & tunc capax erit trahere quoque ad ſe litteram alteram conſonantem ſicut ſyllaba *Prin* in Verbo *Princeps*.

15. Undecima regula. In fine quælibet conſona trahitur ad litteram præcedentem cum ſua vocali, niſi in affixo maſculino ךָ & in Patach ſuffurato vel neceſſitatis pro litteris ע. ח. *Chet* & *Aghin* & in Thau terminativo ſecundæ perſonæ maſculinæ præteriti ſingularis v. g. תָ

16. Duodecima regula. Quod in initio obſervandæ ſunt litteræ characteriſticæ temporum, ſcilicet futuri איתן & Gerundiorum

בכלם

בכלם quæ plerumque per *I* vel *E* ſonare debebunt; niſi Characteriſticæ futuri in conjugatione Hiphil, per *A* pronuntientur; & in Hophal per O.

17. Decima tertia regula eſt de modo legendi litteras Heemanticas, quando videlicet præponuntur. Itaque ה quando non eſt characteriſtica verbi, ſed demonſtrativa, aut Heemantica in initio legitur per *A* א per *E*. מ per *I* frequenter habendo, videlicet in ultima ſyllaba Camets, vel Cholem. ת in initio per Patah, vel *A* pronuntietur; in fine vero per *Segol* ante ſe, ſive per *E* Jod י Heemanticum in initio format nomina propria, & in fine gentilitia; ſed ſemper per *I* pronuntiatur.

18. Decima quarta regula de litteris ſervilibus, quæ imprimunt Daghes inſequentem, ſi ejus ſit capax; hæc ſit communis regula pronuntiandi ſcilicet מ niſi ſit participii per Chirich vel *I* proferetur ש per Segol, vel *E* & ה per Patach vel *A*. Litteræ vero כלב per Sceva vel *E* proferuntur, niſi quando litteram ſequentem habentem Sceva trahunt ad ſe in una ſyllaba per Chirich vel *I* v. g. בלמוד *Bilmod*. Littera vero ו etiam per Sceva uſurpatur, dum copulat; niſi quando ſequitur altera Sceva vel litteræ labia-

biales, scilicet בומף tunc enim profertur tanquam *V*. Et si in Hebræo (quod non accidit in Chaldeo, & Rabbinico, nisi rarissime) sit Vau versivum futuri in præteritum legitur cum Patach formando syllabam *Va*.

19. Decima quinta regula circa characteristicas conjugationum penè nihil observandum restat cum Characteristica Hitphael הת pronuntietur per *Hith* manifeste; ה verò dum est Characteristica plusculum æquivoca est: Unde profertur per *I* in Imperativo Niphal, & Infinitivo ejusdem ac in præterito Hiphil. Verum in Imperativo, & infinitivo Hiphil, per A longum, atque in præterito, & infinitivo Hophal profertur per O. Littera vero נ Characteristica conjugationis Niphal per I pronuntiabitur. Pro Characteristicis vero finalibus præteriti quas vocant תהימון *Tehimun*, & quoad litteras affixorum, quas vocant הכנוים *Hachnivim* notæ sunt etiam rudi Grammatico qua vocali efferantur ex Paradigmatis verborum & affixorum.

20. De quibus omnibus regulis arbitror collectum esse, atque, quantum potui methodicè ac perspicuè traditum, quidquid ad juvandam lectionem Hebraicam sine punctis possit esse subsidii. Et quamvis per omnes

omnes has regulas traditas non definitè ubivis vocalis illa ſignetur qua littera, vel ſyllaba efferenda ſit; tamen ſi hujuſmodi regulæ bene addiſcantur, ut ſint in promptu, & frequentis lectionis exercitatione perficiantur; non dubito quin citò lectorem facilem faciant. Quare pars textus Hebraici ſine punctis adjicietur, ut praxim det hactenus præceptorum. Atque ſi Domino placeat, mox nonnulla in ſcribendo Hebraicè compendiola ſubjicientur.

# SECTIO II.

## RASCE THEBOTH

*Seu compendiola Hebraica per capita litterarum.*

1. א״ Valet 1. pro *Adonai* & pro Deo, ut uno, 2. valet millenarium: vel numerum primum cum aliquid numeratur. 3. cum ו antecedenti valet *& dixit*. א״א valet 1. *Amen Amen*. 2. *Dominus Pater meus*. א״ב valet 1. Alphabetum. 2. ſi triplicatur, valet *unum in lege*; *unum in Prophetis*; *unum in Agiographis*. א״בן ideſt *Chriſtus* ſeu myſterium Trinitatis Kabaliſticè. א״גלא. 1. *Tu potens in æternum*

*num Domine.* 2. Kabalisticè *Uni Trinus Deus.*
אח״ 1. *unum deficiens* 2. *dixerunt sapientes.*
אטב״ח est Kabalistica mutatio litterarum Aleph pro *Theth*, & *Beth* pro *Cheth*, & sic deinceps. א״י *terra Israel*; & cum ה in fine valet *si Dominus voluerit*. א״כ 1. *postea* 2. *si ita est.* 3. *ergo*. א״ל *dixit ei* אל״בם Kabalistica partitio Alphabeti sumendo ל pro א &c. א״מ *terra Ægypti* א״נק *Rabbi Onchelos*. א״ס *non finis*. א״ע *Abben Ezrra*. אס״ק *Unus versus est signum* א״ק, & *scriptum est durum* את״בש idest cum sumunt Alphabetum inversum, quod sæpe Kabbalisticè faciunt.

2. ב״א Idest *domus Patris*. 2. *filius Asser*. ב״ב. 1. portat postrema. 2. si triplicatur *in Babatra*. 3. si est duplex valet *in domo*. ב״נה idest cum *auxilio & fortitudine*. 2. *ordinatione Domini* ב״ר idest, *domus judicii*. ברא *quibus verbis dicta sunt*. 2. si tertia est ט valet in *Annalibus* ב״ה. 1. *declaratio dictionis*. 2. *Synagoga*. 3. *sanctuarii domus*. 4. *domus Rabbi Illel*. 5. *auxilio Dei*. 6. *Benedictus ipse*. ב״וד *Caro & sanguis* seu *mortale*. ב״ח *prædita vitâ*,

*vitâ*, vel *animantia* בֿם *porta media*. במאֿ *præter unum* & usque ad decem post decenarium expressum. בסמֿג in *libro præceptorum magno*; *& in parvo* si sit ק. בספֿק *in fine capitis primi*. בעהֿז *in hoc negotio*. בֿר *filius Rabbi*.

3: ג נֿה *Decretum Dei* גֿמ idest *Gemmara* pars Talmud. גֿש *Lectio Samuelis*.

4. ד דֿא *Verbum*, seu *expositio alia*. דאֿק *quod dixit Scriptura*. דֿה *Paralipomenon*, דֿל *satis est intelligenti*. דֿמ *paralolicè*. דֿפ *duæ personæ* quod ad Deum referunt. דֿת *verba legis*.

5. ה הֿבה *Sanctus Benedictus ipse*. הֿד *id quod scriptum est*. הֿה *par est ratio*. ההֿר idest *quod ait hæc est res ipsa*: & si sit ר ultimum; *Sanctus ille Magister*. הֿי *Dominus celebrandus*. הֿל 1. *erat dicendum*. 2. *erat ei*. הֿלמ *ritus Mosaicus*. הֿמ *hæc sunt verba*, המֿרא *juxta id, quod ait*. הנֿב *Propheta*. הנֿל *memoratum supra*, vel *à me* הֿק *ille sanctus*, *idest Deus* הֿרמבם *ipse Rabbi Moyses filius Maimonidis*.

6. ו ,וגו״ idest, *& cætera*. ויא״ *& sunt qui dicunt*. ויקר״ *Leviticus*. וכו״ *& reliqua* extra Biblia. וכו״ *& omni tempore*. ולד״ *& intelligenti satis*. ולש״ *& non observavit*. ומש״ *& egressus sabbati*. ויע״ *& consideratione indiget*.

7. ז זב״ *tempus in quo*. זל״ 1. *memoria ejus in benedictione*. 2. *hæc ille* וש״ *hoc est quod dicit*.

8. ח חה״ *renovatio mundi*. חו״ *absit*. חול״ *sapientes nostri bonæ memoriæ*. חל״ *extra terram*, scilicet Israel. הלב״ *Anathema sit externis in serpente*. חם״ *pro festus dies*. הרמבנ״ *sapiens Rabbi Moyses filius Naaman*, *alias Gerundensis*.

9. ר ׳ Simplex, aut duplex ״, aut triplex ׳׳׳ idest, *Deus*. יא״ 1. *Deus*. 2. *sunt qui dicunt*. יה״ *dies expiationum mensis Tibri*. יט״ *dies festus præter sabbatum*. יכ״ *dies expiationum*. יס״ *sunt libri*. יוו״ *custodiat eum petra mea*, *& redemptor meus*. ירם״ *placeat tibi Domine*. יש״ 1. *deleatur nomen ejus*. 2. *Israel*. ית״ *Jonatam interpretatus est*: & si additur duplex קק significat *Isaiam*, *duodecim Prophetas*

*tas minores, Threnos, & Ecclesiastem*, ubi repetitur penultimus versiculus.

10. כ כ״א *nisi, sed, unusquisque, quoniam unus, quia postquam.* כ״ג *summus Sacerdos Synagoga magna, & cum virgula in fine valet sicut.* כ״ד 1. *ut dicit.* 2. *omnis res.* כה״א *ita ille dicit.* כ״ו 1. *triginta.* 2. *cœtus Israel.* כ״כ 1. *usque adeo.* 2. *cum* ו *& omnia ejusmodi.* 3. *ita scribitur.* כ״ל 1. *omnis lingua.* 2. cum virgula in fine valet *omnia*, & *quasi dicat.* כנ״ל *sic videtur mihi.* כ״ע *corona suprema.* ק״כ *tota scriptura.* כ״ש *quanto magis.* כ״ת *scriptura.*

11. ל לי״ת *non est*, scilicet, *alibi.* ל״א *lingua vel expositio alia, vel lingua Germanica.* ל״ד *non est ei simile.* לי״ש *Israeli.* לכ״א *ideo dicit.* ל״כ 1. *propterea dictum est.* 2. cum ו *& mihi videtur.* לע״ש *ad vesperam sabbati.* לפ״י 1. *propterea.* 2. *juxta expositionem ejus.* לק״א *non legitur.*

12. מ מ״ cum litera numerali, vel citatione *sermo.* מ״א 1. *forma alia.* 2. *homilia collectionis.* 3. *de singulis.* מ״ב *opus creationis.* מנ״ש *à pari*, vel *à simili.* מ״ה *lumen captivitatis de*

*Rabbi Gerson*. 2. *modus judicii*. 3. *Reges gentium*. 4. *negantes legem*. מ״ט. 1. *quæ ratio?* 2. *conditio*. מ״ו *unde scimus*. 2. *prælia Domini* nomen libri Rabbini. מ״כ *celsitudo gloriæ*. מ״ל *unde nobis*. 2. quid mihi. 3. cum virgula in fine v. g. מל״ *plenum*. מל״ה *Regnum impietatis*. מ״מ *nihilominus*; & cum ה in fine, *Rex Regum*. מ״ס *sectio*. מס״ג *Massora magna*. מעכ״פ *supra omnes facies*. מ״פ 1. *medium versus*. 2. *Clavis* nomen libri Rabbinici. מ״ק *cœtus sanctus*. מ״ר *homiliæ Ruth*. מ״ש 1. exitus sabbati, ideſt, *noctem ejus*. 2. *id quod dixit*. 3. *quænam est doctrina*. מ״ת *datio legis*. 2. *repetitio legis*, ideſt, *Deuteronomium*. מרע״ה *Moyses Magister super eum pax*.

13. נ ן finale valet idem ac filius. נ״א 1. exemplar aliud. 2. cum virgula in fine *dictum est*. נ״כ *Prophetæ*, & *Agiographi*. נ״ל *memoratum supra*. נ״מ *hinc consequens est*. נ״נ *Ninive*. נ״ס *semper*. נר״ו *custodiat eam misericors*, & *eripiat eum*.

14. ס. ס״. 1. *Signum*. 2. *liber* sequente cita-

citatione. ס״א *liber alius*. סב״י *opiniones falsæ*. ס״ד cum ב præcedenti, ideſt *cum auxilio cœleſti* in titulis librorum. ס״ג *finis Gemmaræ*. סכ״ה *ſumma totius*. ס״ל *opinio ejus eſt*. סמ״ג *liber mandatorum magnus*, & cum ק *finis primi capitis*. סרו״נ *conſtructio*, ſive quatuor cauſæ mutationis punctorum *regimen, plurale, fœmineum, & affixum*. ס״ת *liber legis*. סת״ר *principium, medium, & finis*.

15. ע ע״ in citationibus eſt *columna*. ע״א *negotium aliud*. Secundò *colentes idola*. ע״ד *per modum*. ע״ה. 1. *ſuper eum pax*. 2. *negotium hoc*. 3. *mundus hic*. 4. *ſeculum venturum*. 5. *oculus legentis*, nomen libri. ע״ז *cultus externus Gentilicus*. ע״י *per manus*. ע״כ 1. *hucuſque*, 2. *velit, nolit*. עכ״ש *cum toto hoc*, ideſt, *tamen*. עכ״פ *omnino*. עמ״י עש״י *auxilium meum à Domino conditore Cœli, & Terræ*. ע״ס *ſtilus ſcribæ* nomen libri. 2. *dies*. ע״צ 1. *juxta latus*, ideſt ex parte. 2. *colentes imagines*. ע״ש *veſpera ſabbati*. 2. *vide illic*. .

16. פ פ״ valet *vices* cum nota numerali. פ״א 1. *expoſitio alia*. 2. *capitula Patrum* li-

ber Talmudicus. פ״ק 1. *caput primum*. 2. *ſupputatio minor* in anno, quando millenaria omittuntur. פירו״ק *expoſitio Rabbi David Kinki*. פר״י expoſitio David *Iſaac*.

17. צ צ״ל *neceſſe eſt, ut ſcias, vel dicas*. צ״ע *opus habet conſideratione*.

18. ק ק״ 1. *difficilis objectio*. 2. *legitur* קב״ה *ſanctus benedictus ille*, ideſt, *Deus*. ק״ו *leve, & grave*. ק״ל *probatio nobis eſt*. ק״ק *congregatio ſancta*, ſeu *Synagoga* קק״ק *ſanctus, ſanctus, ſanctus*. ק״ש *lectio matutina vocata, aut Iſrael*.

19. ר ר״ ideſt *Rabbinus*. ר״א *Rabbi Abraham* & cum aliis litteris alios Rabbinos. ר״ד *dominus mundi*. ר״ה *initium anni*. רז״ל *Magiſtri noſtri quorum memoria in benedictione*. ר״ח *initium menſis*. רמ״ח *valet* 248. *præcepta affirmativa*, juxta totidem oſſa corporis humani more Kabaliſtico. ר״פ *initium verſus*. רשב״ע *Dominus mundi*, ideſt *Deus*. ר״ת *principium*, ſeu *principia dictionum*.

20. ש ש״ cum littera numerali valet annum. ש״ד *effuſio ſanguinis*. ש״ה *ſabbatum eſt bo-*

*hodie.* ש״י 1. *quod sit.* 2. *utinam vivat*: & est frequens de aliquo in litteris. 3. *nomen celebrandum.* ש״ית *Deus benedictus*: & est frequens in scriptis Rabbinicis. ש״מ *audi ex ea*, idest, *inde intelligi.* ש״נ 1. *quod dictum est.* 2. *quæ data est.* שס״ה 365. *præcepta negativa totidem ac dies anni.* ש״צ *Legatus universitatis.* שר״ל *quod volunt dicere.*

21. ת ת״, idest, *Targum.* ת״א *interpretatio alia, idest Chaldaica.* ת״ו *additio, adhuc, rursus*, ת״ח 1. *discipulus sapientis.* 2. *veni, vide.* ת״י 1. *vertit Jonatam.* 2. *Targum Jerosolymitanum.* תיק״ו *Elias Tesbites dissolvit.* ת״כ *lex Sacerdotum* nomen libri. ת״לח *laus Deo viventi.* תנ״וב *sit anima ejus colligata in fasciculo viventium.* ת״ע 1. *duodecim Prophetas minores.* 2. *oratio vespertina* ת״ר *notarunt Doctores nostri.* תרי״ג, idest, 613. *præcepta affirmativa, & negativa juxta omnes litteras quæ sunt in decalogo.* ת״ש *veni & audi* ת״ח. *Disciplina, & studium legis.* 2. *Discipulus legis.*

Hæc sunt Rasce Theboth, sive initia

dictionum, desumpta ex Valentino Schildero, qui aliquas plures breviaturas adfert ad finem sui Lexici Pentagloti; sed hæ satis esse poterunt curiositati studentium, quorum gratia sunt compilatæ.

# SECTIO III.

*De iis, quæ specialiùs ad intelligentiam, & lectionem Rabbinicam sunt observanda.*

CUm Rabbinica lectio supra Hebraicam tùm Alphabeto, tùm copia vocum, tùm usu, & varia Dialectica lectionem, & intellectum operosiorem reddant: atque vix dicere audeat se scire Hebraice, qui nescit Rabbinice; idcirco huc omnes eas observatiunculas cumulavi, quæ semel jactis regulis legendi Hebraica sine punctis, videntur è re satis esse futuræ. Unde quadruplici eas paragrapho partitas dabo, nè, ut in hisce rebus assolet, confusio rem obscuret, & accessuros perterrefaciat.

§. I.

§. I.

*De Rabbinica lectione, & usu quoad verba.*

1. Regula. 1. In conjugationibus *Piel*, *Puhl*, & *Hophal* interserunt opposité litteras respondentes pro punctis, tam in verbis v. g. פיקד *Piqqued* פוקד *Puqqad*; quàm in nominibus v. g. ריבון *Ribbon*. Quæ expressio valde lectionem juvat.

2. Regula 2. Conjugatio Hithpael apud Rabbinos specialiter usurpatur. 1. ponendo has duas litteras נת pro הת & 2. quatenus cum characteristicis הת jungunt conjugationem quadratam seu quadriliteram, quæ est conjugatio Poel: exemplum primi est נתקשר *Nithkaser*; secundi vero exemplum est השתותק *Hiſtotech* pro השתתק *Hiſtathec*. Ubi videre est, quòd Rabbini conjugatione *Poel*, & ex ea *Hithpael*, & *Niphal* ex cognatione significationis promiscuè utuntur: & sicut scriptura jungit affixa in infinitivo *Niphal*, ita ipsi in infinitivo Hithpael.

3. Regula 3. more chaldaico quiescentia *Pe Aleph* confundunt cum *Pe Jod*; amputando in infinitivo primam litteram, imò in imperativo etiam integram syllabam primam

Hi-

Hiphil. Quando vero remanet Aleph per metathesim transponi solet, v.g. pro infinitivo לאכול *Leechol* dicunt לוכאל *Lochal*, & brevius לוכל.

4. Regula 4. Item de more Chaldæo descendit, ut ipsi confundant, & promiscuè usurpent, v.g. quiescentia *Lamed*, *Aleph*, & *Lamed*, *He* propter similem utriusque litteræ prolationem. Itaque verba Lamed, Aleph terminant infinitivum in *Thau*, *Aleph* suppresso, vel expresso sed Cholem semper expresso, v. g. למלואת *Limlot* adimplendum, לקרות *Likrot* ad vocandum. Secundò terminant in Thau tertiam fœmininam singularem præteriti, v. g. מצאת *Metsat*. Tertiò habent cum verbis *Lamed*, *He* simile participium Paul מצוי *Matsui*. Quartò quoties sequuntur litteræ הוי expungitur Aleph, v.g. מצו *Matsu* pro מצאו. Sed præter hæc vicissim verba *Lamed*, *He* convertuntur in *Lamed*, *Aleph*, præsertim cum affixis maximè fœminino, tam in ipso verbo, v. g. עשאה Asaah *fecit eam* (ne confundant עשה Asa fecit;) quàm etiam in verbalibus fœmininis, v. g. הוראה Horaah, idest, *significatio* à radice ירה *Sarah*.

5. Regula 5. solent etiam confundere verba cum verbis, vel quoad significata conjuga-

jugationum ſumendo verbum, quod in Hiphil eſt paſſivum, ut הקיץ *Hekits ſurrexit* pro verbo activo *excitavit*, apponendo affixum, vel articulum Accuſativi את : item utendo verbis *Kal* in ſignificatione Hiphil, v.g. פסק *Paſak*, ideſt, *ceſſavit*, aut *ceſſare fecit*. Vel confundendo claſſes verborum irregularium, v. g. שכה *Scachach* pro שכך *Scachach dignus fuit*, ſeu *meruit*. Item in quieſcentibus *Aghin*, *Vau*, & duplicantibus ſupplent (per Chiric, & Daghes, ſive duplicationem litteræ) vocalem magnam; dicendo pro נדון Nadon נידון *Niddon* more Chaldaico.

6. Regula 6. In ordine ad participia habent has anomalias 1. ut apud Thalmudicos *Vau* ſæpe ponatur in pluralibus participiorum maxime quieſcentium Lamed, Aleph, v. g. קרו Karao *vocantes* מנצו *Menat ſorixantes*. 2. Uſurpant fœmineum Benoni Niphal pronomine ſubſtantivo, ut נברכת *Nibrechet piſcina*. 3. participia maſculina componunt cum pronominibus in ſignificatione activa, v. g. פוקדני Pokedani, ideſt, *viſito ego* non *viſitans me*, & thalmudice אמרינן Amerina, *dicimus nos*. 4. Uſurpant Paul ſæpe pro Benoni, v.g. רכוב *Rachub* pro רוכב *Rocheb equitans*. 5. A verbis neutris in Kal deducunt Paul in ſignificatione Hiphil, v.g. שרה Sarah man-

*manſit* habet Paul שרוי Sarui & ſignificat *collocatus* ſeu *factus manere*.

7. Regula 7. Quoad uſum infinitivi id habent. 1. Ut infinitiva Hebraica uſurpent quidem; ſed adjiciant ipſis plerumque Jod paragogicum v. g. פקודי Pekode *viſitare*: quare ad diſtinguendum pluralia in regimine deſerviet tùm contextus, tùm Vau Cholem interjectum. 2. littera ל ſervilis in infinitivo defectivorum, & quieſcentium Pe, Jod, & Pe, Nun non ſonat per *A* longum; ſed per Chirich, vel *I* Jod expreſſo & duplicatione Daghes ſubſequuta v. g. ליכח Likkach pro לכחת *Likachath*: & ליפול *Lippol* pro לפלת *Lapheleth*. 3. Similiter faciunt in verbis perfectis in infinitivo Niphal ſupprimendo & contrahendo litteram ה v. g. ליפקד *Lippaked*.

8. Reg. 8. Circa uſum futuri aliquid etiam uſurpant de perpetuo more Syrorum, maximè in Thalmud, & in Thargùm Hieroſolymitano, ut ſcilicet Jod formativum tertiæ perſonæ ſingularis & pluralis convertatur in נ dicendo pro יפקוד Iphkod נפקוד *Niphkod*, & pro יפקדו *Iphkedu* נפקדו *Niphkedu*.

9. Regula 9. De formatione ſpeciali nominum de verbis, & verborum de nominibus. Igitur 1. Nomina maſculina de verbo per-

perfecto efformant interſerendo Jod poſt primam radicalem, & Vau Sciurech poſt ſecundam v. g. à verbo קצר *Katſar* efformant קיצור *Kitſur*. 2. In quieſcentibus Pe, Jod (quod eſt valdè obſervandum formant nomina maſculina anteponendo Vau ad Jod; & interponendo inter ſecundam, & tertiam radicalem Vau Sciurech ſupradictum v. g. ויכוח *Viccuah*, ideſt *argumentatio*. 3. efformant fœminina dupliciter, videlicet, vel terminata in ה, vel terminata in ות uth; ſed ſemper interponendo Jod ante ultimam radicalem, ſi verbum ſit perfectum; & in medio utriuſque, ſi ſit defectivum. Prima formatio dicitur נדיבה *Nediba*, & ſecunda dicitur חמימות *Hamimuth*. De hac poſtrema dicemus in parrapho ſequenti. De prima vero ſciendum eſt. 1. Quod eſt ſignificativa actionis, & operationis. 2. Si careat Jod legetur ut צדקה Tſedaka, niſi ex altera vocali monſtretur lectio v. g. מלוכה *Melucha*. 3. Quod eſt Rabbinis tam familiaris, ut ea etiam utantur in verbis omnibus imperfectis v. g. נסיגה *Neſigha* à Naſag. ſed è contrario de nominibus verba efformant. 1. Aſſumendo ſervilem in radicalem תרומה Teruma à תרם *taram primitias obtulit*. 2. A quovis verbali quodvis verbum ut in aliis linguis v. g. in Latina lin-

lingua de *inanis exinanire*: in Hiſpana de *liſta aliſtarſe*.

## §. II.

### *De nominum formatione, & notione.*

1. CUm de obſervatione verborum modo ſimus prælo quuti; fere venit ex ordine ut inter regulas de nominibus efformandis primum teneat locum ea quæ peti poteſt de conjugationibus verbi. Igitur 1. prima regula eſt, quòd Rabbini ubertatis cauſa de conjugationibus ſuis nomina eliciunt verbalia, quæ deſignent actionem conjugationis, a qua deſcendunt. Unde in Kal nomen efformant, interſerendo Jod inter ſecundam & tertiam radicalem v. g. ידיעה *Jedihah*. 2. De Niphal uſurpant pro nomine ſubſtantivo fœmineum Benoni, v. g. נברכת Nibrechet *piſcina* ut dixi ſupra. 3. In Piel condunt maſculinam formam per Jod interpoſitum inter primam, & ſecundam radicalem, v. g. שיתוף Scituph, & fœmininam ſine Jod cum ſolo Daghes, ſeu duplicatione ſic צוואה *Tſavvah*. 4. A conjugatione Hiphil eliciunt nomina præfigendo ה, quæ in maſculinis Segol ſeu *E*, in fœmininis Patach ſive *A* debet efferri, v.g. הפסד *Hephſed* השחתה *Aashbatha*.

*hatha*. 5. A conjugatione *Hitphael* nomen efformant, ſubjungendo ſyllabam ות uth, v.g. התגליות *Hithgalliiuth Revelatio*. Cæteræ vero formationes per litteras Heemanticas expediuntur, de quibus legendis jam egimus ſectione prima ſolum áddentes, quod littera נ cum Chiric ſive *I* præfigi ſoleat verbis quieſcentibus Lamed He.

2. Regula 2. eſt de diſtinctione ſubſtantivi, & adjectivi quæ habetur. 1. Ex ſola diſtinctione punctorum; nam ubi adjectivum ſit profertur per duplex A, v. g. יקר *Jakar* pretioſus; & ubi ſubſtantivum per duo Segol, v. g. אבן *Eben lapis*; in pluralibus vero conveniunt. Secundo per additionem: & ſic formant ſubſtantiva addendo ſyllabam ות *uth*, v. g. עצמות Hatſmuth, *ſubſtantia*: & ſic aliqua adverbia, ut תנינות *Tinianuth*. 2. vel addendo ſyllabam יא maxime in quieſcentibus, ut קריא Kiria. Ad formanda vero adjectiva (quæ Rabbini nedum de nominibus ordinalibus, & gentilitiis, ſed de omnibus ſic efformant) addunt in maſculinis Jod ſolum, ut יום Jom dies faciunt יומי *Jomi diurnus*: & pro fœmininis ſyllabam ית *ith*, v. g. יומית Jomith *Diurna*. Terminatio vero fœminina יה dumtaxat eſt gentilitia. Ubi advertendum eſt, quod ſi vox non eſt ſatis plena lit-

litteris; interferunt ante litteram Jod, vel syllabam ith, Nun epenthicum hoc modo חיונית Hiiunith *vitalis*.

3. Regula 3. de specialiori alia notione substantivi, & adjectivi Rabbinici. Ad exprimenda ergo adjectiva, quæ nedum significent actionem aliquam, sed quasi habitum, & continuationem actionis efformant de Benoni seu participio præsenti, nomen more Chaldaico adjiciendo litteram ן vel syllabam תן *tan* v. g. à participio גוזל Gozel ideſt *rapiens* deducunt גוזלן *Gozlan* ideſt, raptorem. De qua adjectione rursus sibi efformant substantiva correspondentia, vel more Chaldaico, addito solum Vau Sciurech v. g. de שוכלתן Socletan, *intelligens*, aut *ingeniosus* שוכלתנו Socletanu, ideſt, *intelligentia*. Vel more Rabbinico addendo post Nun syllabam ות vth v. g. פורענות Purrhanuth *ultio*.

4. Regula 4. De promiscua usurpatione quarumdam litterarum. Nam 1. Commutare solent gutturales ponendo, scilicet א pro ע & è contra. Item ה mutant in ע & in א; & א rursus in ה. 2. Etiam licentiosè solent quiescentes litteras commutare itaut pro י. quiescentium interponant ה; & è contra ה vel א in ו vel י commutent. 3. litteras ejusdem organi quandoque permutant, scilicet la-

labialem pro labiali, & similibus. 4. Denique ubi est aliqua affinitas prolationis ut inter נ & מ inter כ & ק solet commutatio inveniri. Quæ omnia remotis exemplis tradita sunt, ut quicumque in radice & contextu Rabbinico legendo, & intelligendo hæserit; præsentaneum hic faciat sibi subsidium, & pro investigatione thematis melius manducatur.

5. Regula 5. Aliqua nomina & voces Rabbini sibi usurpant quæ nusquam vel rarò alibi v. g. 1. שום *Sbum*, ideft, *aliquis* עכשיו *Achsau modò* קצת Ketsat, ideft, *quidam* aut quædam כבר Kebar *jam* צריך Tsaric *necesse est* 2. Derivant nomina facultativa à verbis proportionatis ut פרש Paras *separatus est* הפרש Hephres, ideft, *differentia*. Ab הגה Agha *meditatus est*. הגיון Higgaion, ideft, *logica*. Pro quo, & Chaldaica etiam accommodant, ut סברה *Sebara opinio* אפשר *Ephsar potibile*. 3. Pro Dei nomine (quod semper silent) alia circumloquuntur & cudunt v.g. השם *Hassem* הגבורה *Hagbebura* המקום *Hammakom* יהוד Jehod, sumpto Daled ex nomine Adonai. Atque etiam Elohim variant dicentes אלקים & אלדים *eloquium*, *elodim*.

## §. III.

### *De reliqua Grammatica Anomalia.*

1. Regula 1. ſæpe variant formas nominum, imò & claſſem verbi, ſtante eadem ſignificatione. 2. Per aphæreſim demum litteram de principio v. g. סות ſuth pro כסות Keſut *veſtimentum*. 3. Per paragogem adjiciunt jod etiam in ſingulari, quod ſolum ex verbo, adjectivo, aut affixo diſtingui poſſit à plurali in regimine v. g. סוסי ſuſe *equus*. 4. Affixa aliquando referuntur ad præcedentia v.g. כסאו דויד *Kiſo David, ſolium ipſius David*, licet id declarent per notam Genitivi, ſcilicet של *ſel* vel Chaldaici ד 5. Daghes forte, ſeu duplicationem ſolent reſolvere in litteram נ more Arabico & Chaldeo v.g. מדע *Madah* in מנדע *Mandah*, e contra ſuavitatis cauſa נ, vel alteram conſonam mutant in Daghes præcedente jod expreſſo v. g. איכתב *Icçateb* pro Hithcatteb. התכתב.

2. Regula 2. Quoad ſyntaxim & partes ejus. 1. Nomina verbalia aliquando regunt caſum ſui verbi. 2. Verbum propinquiori concordat. 3. Diſſimiles modos, & tempora copulatio jungit. 4. De ſingulari fœmineo

neo plurale maſculum ut אב אבות & e contra ut תפילא תפילין. Atque etiam in ſingulari genera miſcent; ſed & notatu digna ſunt duo pluralia נשות Naſoth *Mulieres* & ימות & Jimoth Dies. 5. Ponunt quandoque caſum regiminis pro abſoluto ut סהרי שקרי *ſahade ſakare*. Et e contrà; tollendo etiam ה demonſtrativum genitivo quod regitur, & præponendo caſui regenti v.g. הבעלי חיים *Habaale haiim* pro בעלי החיים *Baale hahaiim*, ideſt animantia 6. Quieſcentia Lamed He ſolent non amittere ה in plurali v.g. אָמָה *Ama*, ideſt, Ancilla אמהות *Amaoth*. Ancillæ. 7. Syllaba אי ſyro more apud Chaldæos & Rabbinos eſt diphtongus formans adjectiva Gentilica ut jod in Hebræo; ſed ſyllaba אי in multis paragogica eſt, & etiam in medio per epentheſim adjici ſolet. Litteræ אהוי quando adjectitiæ ſunt ſignificationem non mutant,

3. Regula 3. De idiotiſmo vernaculo Rabbini totius orbis, in quo diſperſi ſunt, voces, quas de ſingulis nationibus hauriunt atque cooptant more ſuo nedum quò poſſint duriùs emolliunt & inflectunt; verùm ubi polygrammata ſunt quæ pluribus conſtent litteris, ea, ut poſſunt, decurtant in plurali ſaltem deterendo ultimam. 2. Præter

Barbaras auctas voces ipsi triplicem linguam usurpant Prophetarum. Misnæ, & & Thalmud ut notat Genebrardus in Isagoge. 3. Cum ipsi sint sine sede & lingua sine, loco & ditione propria; sed vagetur per cunctas; vix lexica sunt suffectura. 4. Degustanda est Grammatica Chaldea & Syriaca pro recta notione Rabbinorum. Unde ad superiora vix aliquid adjicere oportebit magis quam usum eorum quibus id expediat. De quo in fine.

## §. IV.

*De compositione, & indicatione quarumdam litterarum, breviaturis, Orthographia, & numerandi ac temporis computandi ratione.*

1. Regula 1. ב est littera citationum quæ immediatè affigi solet alicui verbo incipienti sic *in Præcipe Aaroni* quasi diceret in sectione, aut capite, aut versu incipiente. *Præcipe Aaroni* cujus exemplum est in Ksalom. Levit. 22. ajente בצו idest *in Præcipe* 2. Litteræ כב conjunctæ & præfixæ nomini & verbo tempus significant, v. g. כשהוא *Kesehu cum ipse*. Quæ formula frequens est in editione Hebraica, quam vidi

Evan-

Evangelii D.Matthęi opera D.Joannis Quinquarborei . Quod si insuper ל sibi adnectat significat *ut* vel sibi v. g. לכשיבא licsciabo *ut* vel *ubi venerat*. 3.Litteræ לש condunt particulam *ut* causæ finalis v.g.לשימנעו *Lescimnahu*, ut *prohibeant*. 4. Litteræ בש significant *in eo quod*, & ad causam materialem, vel efficientem refertur, ut בשאמר *Beshea-mar*, *in eo quod*, vel *propter quod dixi*. 5. מש significant *ex quo* vel *postquam* v. g. משבאו *Misbeau*, *postquam venerunt*. Nota tamen quod interdum valet negationem; interdum vim comparativam articule *quàm*, *ut*. 6. Litteræ מל negare solent more chaldaico præsertim in verbis ut מלשמור Millismor, ideſt, *præ servando*, *velle quominus servarent*. In nominibus vero non negant v. g. מלרע Milraa, ideſt *infernè* & מלעיל Milhel, ideſt supernè . 7. של indicat Genitivum, vel cum affixo, vel separatim; si vero præponatur מ format Ablativum possessionis v.g. משלי Mischeli *ex meo*. 8. Litteræ בכ cum significent *in juxta*, ad valorem, quantitatem, & mensuram referuntur v. g. בכערשה *Becadasa*, ideſt, *ad mensuram lentis*. 9. Litteræ בשל Rabbinice & בד chaldaice non tam sunt formativa Genitivi, quam indicativa illius v. g. בדעבד Bidhebed, ideſt, *in*

*fervi* fupple *libatione*. R. Moyf. Levit. 11. num. 28. 10. Litteræ מן ferviunt citationi quando fignificatio vocis venire fignatur ex aliqua radice v.g. quando dicitur, quod hæc vox הפחתם invenitur Job 11. trahitur נפש מן מפח Min Mephah Nephes *ab exflando animam*.

2. Regula 2. De quibufdam litteris folis quæ pro chaldaicis, & thalmudicis defervire folent. 1. Littera א cum Patach fequente Daghes correfpondit ad מן Mem, & Nun Hebræorum, ut fignificet *de*, *in*, *præ*, unde Kinki cap. 4. jone dum fcribit אבי *Abbe* fignificat *de inter*: quia ן finalis præpofitionis בין per apocopem (magis frequentem in vocibus ufitatis) ibi deteritur. Deinde fervit pro *in* & *ad* v.g. אעץ ואפרי *Abets, Veapheri*, ideft, *ad lignum* & *ad fructum*. Poftremo fervit pro *juxta*, aut redundat, aut more Arabico pluralem indicat v.g. אטרפוי *Atarphoi folia ejus* 2. Littera ד eft index Genitivi more chaldaico, & relativum inftar ש Hebræorum. Deinde citationibus fervit ut מן Min Hebræum v.g. וגלות דיהושוץ *Gullot Dibofua* ideft *fcaturigines Jofue* Hifpanice *manantiales de Jofue*, ideft, quas meminit. Tunc vero ד notatur littera fceva; nifi elidatur per finalepham cum vocali

cali ſequenti. De qua tamen ſpeciatim notandum eſt, quod in Daniele, & Eſdra nunquam ſervit ſola, ſed cum jod aſſumpto & à verbo aut nomine ſeparata די. 3. Littera ק pronuntiata per Camets, & adſcripto ſæpe א tam ſeparata, quam conjuncta, denotat vim affirmandi ut *quidem* v.g. דקאמר De Kamar *qui quidem dixit*.

3. Regula 3. De decurtatione aut copulatione dictionum. 1. Apocope ſolet deterere in vocalibus notis ultimam litteram. Unde בי jam pro בין jam pro בית ſtare poterit. Quæ attritio ſeu rejectio præſertim Gutturalium fit more Syrorum: Unde pro ſacroſancto nomine ישוע *Jeſua* ſcribunt ישו. Ex quo ſtatim inferes, non recte Jullium Bartoloccium in ſua Bibliotheca damnaviſſe Nummum Hebraicum, ubi in cruce inſculptus erat Chriſtus, cum tali nomine, ſaltem ex eo quod putaſſet litteram ע fuiſſe malitioſe amputatam; ne Salvatoris nomen agnoſcerent. 2. Per ſincopem Guturales pereunt im medio; unde ſicuti de duodecim Prophetis minoribus dicitur תריסר *tereſar* pro תרי עסר; etiam alias conſonantes ſincope ſimili mergunt in medio v.g. אפתחא *Appithha ad oſtium* pro אל פתחא *el Pithah*. Quia quando ſic concurrunt; elidunt, vel ulti-

ultimam præcedentis, vel primam ſequentis; & eliſio per duplicationem compenſatur: unde pro ſincope Gutturalium, etiam apud Latinos ſuæ craſſes & ſinæreſes correſpondent. Demum de Aphereſi, quæ in principio aliquid demit, jam ſupra diximus; huc autem opportune revocandum venit. 3. Solent duas, treſve dictiones ſuapte natura diſtractas jungere, vel cum ſincope intermedia, vel ſine illa v.g. אפילו ex dictionibus אף & אילו. Quod perpetuo accidit in numeralibus a decem uſque ad viginti v.g. תליסר *teleſar* tredecim ארביסר *Arbeſar* quatuordecim חמיסר *Ameſar* quindecim שיתסר *Shitaſar* ſexdecim שיביסר *Shibaſar* ſeptendecim תמניסר *Tamneſar* octodecim תשיסר Teſeſar *novemdecim*. Vel etiam jungunt ſine ſincope v.g. אפעלפיכן Aphalpiken ex אף & על & פי & כן compoſitum.

4. Regula 4. De ratione Orthographica. 1. Scripta Rabbinica pro inciſo, aut commate indicando ſpatiolum majus interponunt, & interdum lineolam ſic appenſam' Secundo ad indicandum membrum perfectum, ſeu perfectum colon, quod nos duplici minuto punctulo pingimus, ipſi unicum fingunt, & quidem more Græco à parte ſuperiori lineæ ſub hac forma ·3. Ad claudendam periodum vice noſtri

ſtri puncti finalis duo craſſiora ſubjiciunt ſic :

Regula 5. De notatione per puncta & virgulas, quæ apud Rabbinos frequenter occurrunt. 1. Punctulum, aut virgulam ſimplicem, vel duplicem ſuperappendunt ad voces Grammaticas indigitandum, v. g. עב״ר ideſt, *præteritum* & 2. Ad indicanda nomina ſibi externa & barbara, niſi Hebræa jam facta ſint, v. g. פרנצ״יא *Francia*. 3. Ad ſignandas abbreviationes & compendia, quæ vocant *Raſce Theboth* ז״ל ideſt זכרונו לברכה Zicronu Librechah *memoria noſtra in benedictionem*. Hujuſmodi compendiola per totum Alphabetum excurrunt; & plurima jam ſunt de quibus agunt D. Joannes Quinquarboreus in fine Grammaticæ Hebrææ; Joannes Mercerus in fine Chaldeæ, Joannes Cellarius, Pagninus in fine ſuæ Grammaticæ (inter Judæos Elias) Matthæus Durigallus, Sebaſtianus Munſterus & Valentinus Schilderus. De quo jam nos ſupra dedimus. Circa id nota duo. Alterum eſt, quod aliquando unicuique litteræ punctulum appendunt ſic עׂמׂיׂ עׂשׂוׂ notantes illam ſententiam pſalmi 121. ſic ajentis עשרי מעם י״י עשה שמים וארץ *HeſriMehim Jehovah Hoſec Sha-*

*Shamaim Vaarets* , ideſt, *fortitudo mea a Deo qui fecit cælum & terram* & ſimiliter ſingulis litteris imponunt ſingulas virgulas: Alterum eſt quod ſic antiquitus efformata fuit nomenclatura Machabæorum illa voce מכבי״ Macabai ducta ex illa ſententia Exodi 15. מי כמוך באלים יהוה *Mi Kemocha Becloim Iehovah*: *quis ſicut tu in dies Domine*? 4. Aliquando unam lineolam in fine ſuſpendunt quæ indicet ibi aliquam litteram reſecari maxime ſervilem ut ה fœmineum, & in pluralibus ם & ת; imo etiam & radicalibus eam quæ vel ſæpiſſime occurrat; vel facillime detur intelligi v. g. שאמ׳ sheamar; ideſt *qui dixit* quæ ex contextu ſolent apprehendi. 5. Quando littera valet pro numero in citationibus ſolet unica virgula uni literæ, & duabus vel pluribus litteris duplex virgula appendi. v.g. איכה א׳ Lamentationum cap. 4. בראשית ל״ט Geneſ. 39. תלים קל״ח Pſalm. 138. 6. Quando litteræ initiales, vel accomodatitiæ, & alluſivæ attingunt locum Biblicum v.g. בב״ת יעקב id eſt *in filia Jacob* loquendo de linqua Hebræa 7. Inſtar eorumdem compendiorum ſolet ipſis eſſe ſuperne tria punctula in huncmodum ſcribere v.g. הק׃ Hakkados.

dos. 8. Interrogant, & admirantur potius per voces, quam per puncta.

5. Regula 5. De computatione anni Hebræorum ſciendum eſt. 1. Ad intelligendas chronologias Rabbinicas annum quinquies milleſimum trecenteſimumque Hebræorum præfinite coincidere cum anno milleſimo quingenteſimo & quadrageſimo noſtro à nativitate Chriſti computato. Unde ex hoc veluti ex quadam epocha poteris progrediendo, vel retrogrediendo annum Hebræorum elicere v.g. hic annus noſter 1729. eſt apud Hebræos 5489. 2. Sciendum eſt, quod quando ſignant annum etiam virgulas ſupra collocant, ut in compendiis. 3. Quod Rabbinis familiare eſt annum ſuis litteris figere non ſola Arithmetica, ſed ſimul ſententiolam, vel dictum aliquod involvendo v.g. בשנת ויצא וטר מגשע ישׁ״י *Beſanath vajatſa Veter Miggeſraa Jeſe*, ideſt, in anno *& exiit virga de radice Jeſe*: ubi in ſolo Jeſe ſignant annum de quo ibi erat ſermo, ſcilicet 320. quia illæ tres litteræ tantundem valent. 4. Quod quemadmodum nos annum notantes interdum brevitatis cauſa omittimus chiliadem, vel millenarium exponentes tantum centurias v. g. annum 728. ſic illi idem faciunt; ſed ſimul ſe facere indicant appo-

apponentes hanc notulam compendiariam ״בק quæ vult dicere פרט קטן *Peret Katon supputatio brevis*, quibus plerumque præfigitur ל ut sonet *juxta supputationem minorem*.

§ V.

*Concluditur Dissertatio superior.*

1. CIrca sectionem primam de lectione Hebraica sine punctis id solum dicendum restat, quod eam videlicet, non nisi recepto more instituimus, & paramus, eo quod in iis, quæ pendent tum ex placito humano, tum ex vicissitudine quam secum fert ipsa natura; nihil putemus fore tum maturius atque fructuosius, tum etiam accommodatius. In quo quidem genere lectionis, si nostra nos fallit opinio, abunde collegimus, & discriminata observatione tradidimus quanta hinc inde queant peti subsidia, ut firmiori tenore lectio Hebraica possit procurrere; licet propter causas peritis notas, & in nostris Dissertationibus delibatas, non ejusmodi res ista sit in qua scrupulose sit nimis hærendum. Quamobrem illi ipsi qui lectionem Hebraicam sine punctis tentare volentes, legant sibi dictionem aliquam in interprete; quam tamen ad characte-

racteres patrios, converti, videant, aliter hac, vel illa vocali efferri; ne despondeant animum: neque putent se potius erraſſe: tum quia ſi legit juxta obſervationes ſuperius accurate præjactas fortaſſe melius legerit quam Interpres: tum quia ſi non quidem ſaltem qui ita legerit ſecundum artem non poterit non æque ac ipſe probabiliter legiſſe; proindeque lectionem ſuam retinere. Tum quia lectio alicubi pluſculum diſcrepans in lingua mortua non officit quandiu ſenſus non perit.

2. Circa ſecundam ſectionem de ſcriptis Rabbinicis & eorum libris duo ait Genebrardus, quæ non ſunt importuna. Alterum eſt ne putet quiſpiam Libros Rabbinicos eſſe paucos & rudes. *Nam hic* (proſequitur ille) *de cunctis artibus, & diſciplinis ſcripſerunt; quin & in ſuam linguam omnium Idiomatum eruditiores Authores verterunt, præſertim Græcos, Arabicos, Perſicos, ut Ariſtotelem, Platonem, Hipocratem &c. nec temere quis affirmaverit, de multiplicitate librorum etiam nunc ſtantium in qualibet diſciplinarum ſpecie Hebræos cum quibuslibet Gentibus facile poſſe condere*, ſic ait in Iſagoge pag. 134. Alterum eſt quod ait pag. 60. ſcilicet quod qui in ſuperioribus quoad legen-

legendum & intelligendum Rabbinica aliquando se exerceat, etiam melius intelliget Rabbinorum libros quam Biblia. Tum quia in Bibliis res ipsæ sunt obscuriores, & misteriosæ tum quia phrasis & stylus est a nostris sæculis longe remotior.

3. Circa quos autem Rabbinorum libros: *Num eos legi oporteat necne*? Dicam ipse sentio: scilicet oportere quidem legi, & bene notos esse aliquibus Doctoribus Catholicis, sed paucissimis, & ornatissimis nimirùm ætate provectis, in solida Theologia funditùs eruditis, in moribus & zelo benè probatis. Nam hi dumtaxat (maxime jubente Ecclesia) poterunt tutò versari in hujusmodi libris, qui non sunt majori ex parte nisi senticeta blasphemiæ, querceta perfidiæ, & sylva nugarum. Cum tamen Judei de vera antiquitate populi Dei, & de vera ejus lege antiqua, quam cum prædictis semper miscent, atque corrumpunt sæpe præsumant: propterea eos oportet habere bene perspectos ad separandum pretiosum à vili; & eos propriis libris, & proprio Idiomate illuminandos, & revincendos.

DIS-

# DISSERTATIO II.

## Didaſcalico-Hebræa.

### *PROLOGUS.*



Um in animo ſit, Deo dante, Hebraici ſermonis ſtudioſis ſaltem pro exordiis ſuis bene fundatis, uno volumine ſatisfacere, quatenus ibi ſimul habeant quidquid de Grammatica, de lexico, de lectione, & ſcriptione, de diſſertationibus, de textu punctato & non punctato, atque Rabbinico videntur conducere; attinere quoque videtur ad eum qui futurus non ſit purus Grammaticus aliquid ſcire cùm de ſacrorum librorum œconomia, & Philologica obſervatione, ſimulque de libris capitalioribus Rabbinorum; ut ſi forte quis de peritia rei Hebraicæ alicubi pertentetur; non deprehendatur ea ignoraſſe, quæ certè ſtudioſo rei Hebraicæ probrum eſſet omnino neſcire. Quæ tamen cum ſint varia, & non obvia, me hic collegiſſe forſitan ſtudioſum non pœnitebit.

§. I.

§. I.

*De œconomia & observatione Sacri Textus Hebraici.*

1. PRimo igitur sciendum est Biblia Hebræa quatuor tomis solere distingui in celebri illa editione Antuerpiana quæ operâ Christophori Plantini nitide & luculenter est facta. In quibus quatuor tomis viginti quatuor volumina continentur, si nimirum ejusdem voluminis in suos libros subdivisionem non facias. Nam primus tomus continet decem volumina, quorum quinque sunt noster Pentatheucus Moysis; nisi quod more Hebraico, primum verbum libri solet esse titulus ejus, & ideo Genesis dicitur בראשית *Beresith*. Exodus dicitur ואלה שמות *Veelle shemoth*. Leviticus dicitur ויקרא *Vaiikra*. Liber Numerorum dicitur מדבר *Medbar*. Et liber Deuteronomii אלה הדברים *Elle Hadebarim*. Quinque vero alia volumina sunt breviora & dici solent מגולות קטונים *Megullot Ketonim*. Quorum Canticum Canticorum dicitur שיר השירים Shir Hashirim 2. dicitur רות Ruth. 3. A verbo a quo incipit dicitur איכה Echah, idest *quomodo*, & est liber lamentationum, seu

ſeu Threni Jeremiæ. 4. Volumen dicitur קהלת Koheleth & eſt liber Eccleſiaſtæ. 5. Dicitur מגילת אסתר *Megilath Eſther*, ideſt *volumen Eſther*. Ex quo poſtremo volumine, & ex obſervantia faſtis & feſtis Hebræorum apparet verior eſſe ſententia aſſerens, volumem Eſther de canone Judæorum fuiſſe, licet nonnulli Authores Graves contrarium non improbabiliter ſenſiſſe videantur.

2. Secundus tomus continet quatuor volumina quę ipſi apellitant נביאים ראשונים *Nebiim Reshonim*, ideſt *Prophetæ priores*. 1. Ergo volumem dicitur יהושע Jehoshuah, ideſt, liber *Joſuæ* 2. dicitur שופטים *Shophetim*. 3. dicitur שמואל *Shamuel*. Quod volumen in duos libros dividitur; & eſt noſter primus & ſecundus Regum. 4. Dicitur מלכים *Melachim*, ideſt, *Reges*. Quod volumem ſecatur itidem in duos libros, quos nos tertium, & quartum Regum dicimus.

3. Tertius tomus continet ſex volumina, quæ ab ipſis ita inſcribuntur ספר כתובים *Sepher Ketubim*, ideſt liber ſcripturarum, quas vocant Hagiographas, ſeu dictas Spiritu S. Ubi opportuna & curioſa eſt notitia diſcriminis, quod Judæi faciunt inter Prophetas, & Hagiographos: dicunt enim Prophetas eos eſſe qui vel in ſomnio, vel

in vigilia extra ſenſus, & vires viſione, ſive auditione aliqua excelsâ potiebantur: Hagiographos vero eos qui citra omnem raptum more aliorum hominum loquentes tamen ab Spiritu S. intrinſecus movebantur, & excitabantur. Horum igitur Hagiographorum volumen primum dicitur תהלים Theilim, ideſt, *liber Pſalmorum*. 2. Dicitur משלי Meshale, ideſt, *Parabolæ Salomonis*, ſive Proverbia 3. Dicitur איוב Job. 4. Dicitur דניאל Daniel 5. Dicitur עזרא Hæzra, ideſt *Eſdras*. Ubi advertendum eſt; quod Hebræi hic non faciunt ſicut nos; qui dividimus 1. & 2. Eſdræ: ſed 1. Eſdræ & 2. Nehemiæ. 6. Dicitur דברי הימים *Dibre Ajamim*, ideſt, *verba dierum*, ſeu Græce Paralipomenon: qui in duos libros dividitur & primus incipit ab Adam.

4. Tomus quartus continet quatuor volumina, quæ ipſi nominant, נביאים אחרונים *Nebiim Abharonim* Prophetæ poſteriores. Quod ſi ſciſciteris: cur libri ſecundi tomi dicuntur priores Prophetæ; & hi poſteriores: Accipe ex Valentino Schildero in radice נבא vocatos eſſe priores Prophetas primi templi; & poſteriores Prophetas templi ſecundi. Igitur volumem 1. dicitur ישעיה Eshaias. 2. Dicitur ירמיה Jeremias; 3. Di-

3. Dicitur יחזקאל Eczekiel. 4. Volumen dicitur תרי עשר Theri Hashar, ideſt duodecim Prophetæ minores. Qui ibi ſic ponuntur & nominantur הושע Hoshea יואל Joel עמוס Amos עובדיה Abdias יונה Jonas מיכה Micheas. נחום Naum חבקוק Abakuk צפניה Sophonias חגי Hagæus זכריה Zacharias מלאכי Malachias. Et hæc de integra ſacri textus Hebraici partitione, & nomenclatura librorum. Circa quos verbatim tractandos præclaras edidit concordantias quatuor craſſis voluminibus comprehenſas perdoctus Fr. Marius de Calaſſio Minorita, & linguæ Sanctæ in Urbe profeſſor,

5. Poſt quæ priuſquam ad alia minutiora ſcrutinia textus Hebraici procedamus; indicanda ſunt tyronibus quædam alia Biblia eos ſummoperè juvatura ad Hebraice bene diſcendum. Siquidem duo habent emolumenta quæ poſſint eis admodùm auxiliari: Alterum ſcilicet eſt quod ſupra textum Hebraicum appenſam habet hærentem atque cohærentem interpretationem interlinearem latinam, verbatim factam, & toti rigori Hebràico in primis accommodam. Alterum eſt quod pro exercitatione diſcentium appoſitas habet ad margines juxta ſingulas lineas radices illas, quæ inventu forent diffici-

ficiliores, eo quod in textu aliqua radicalis littera desideretur. Hujus ergo laboris antea valde præoptati Author fuit Xantes Pagninus Dominicanus rei Hebraicæ peritissimus. Ejus tamen opus quod alicubi vel vim magis latinam, vel interdum non constructionem, sed paraphrasim sectabatur, vir alter non minus celebris Arias Montanus castigandam ex Hebraico rigore suscepit, & cum Bibliis Regiis edi curavit; ita tamen ut loca Pagnini, & ejus correctiones charactere discriminarentur, & cuique manerent sua. Ubi tamen, ne aliquid quod esset sacri textus, posset desiderari, Græce adjunxit eos libros novi, & veteris testamenti, qui Hebraice non extabant, superadjecta, nimirùm ex Bibliis Complutensibus interlineali latina. Sed quia in ejus præfatione duo attingit, quæ neque illibata prætereunda sunt, neque longo certamine dirimenda; ideo hic obiter duxi insinuanda, ut tanti hominis placitum discentibus constet. Igitur loquendo de antiquitate punctorum 1. Firmiter tenet, talia puncta cum lingua & ejus characteribus non fuisse Coœva ut nonnulli quos Valentinus Schilderus in sua præfatione memorat, existimabant. Secundò ait punctorum origi-
nem

nem ab aliis in Eſdram revocari, ab aliis verò quod jam communiſſimum eſt in Judæos & Scholam Maſſoretarum, qui ad ſæculum quintum â Chriſto vel ad ſæculum nonum, ut alii, in hac re laborarunt, ut etiam in primis noſtris diſſertationibus ſatis prælibatum eſt, & pro tyronibus pluſquam ſatis. Secundum punctum, quod ibi attingit, eſt graviſſima illa controverſia de corruptione textus Hebraici. In quâ nedum ipſe ſubſtinet tam exemplaria non punctata, quàm punctata eſſe plane incorrupta, eo quod plura manuſcripta, & impreſſa, quæ penes ſe habebat, eſſent concordia; ſed inſuper multis objectis ſibi a quodam Eroſtrato ſatisfactionem parat. E contra vero eſt alter Hiſpanus notæ quidem non inferioris, ſcilicet noſter Doctiſſimus Salmeronius, qui prolegom. 4. data opera, & certamine promovet, & defendit corruptionem textus Hebraici. Quem proinde multa Doctorum manu jam ſtipatum quiſque tuto poterit conſectari. Quod ſi quis malit Arias Montanum ſequi; pergat libenter dum vulgatæ ſartatecta conſervet. Nihil enim hactenus ſuper ea re ſacroſancta definivit Eccleſia, ipſo Salmerone etiam teſte, qui ait dum in Tridentino actum eſt de ſcriptura

authentica, nullum de Hebræis, & Græcis fontibus factum fuisse sermonem.

6. Secundo præter relatas capitaliores partes textus Hebraici oportebit observare nonnulla, in quibus à nostræ Vulgatæ more recedit; ne confusione laboret quisquis ad nudum textum Hebraicum se convertat. Igitur 1. In initio Pentatheuchi sic illum appellant חומשי תורה ח משה *Hamissah Humesshe Thorah*, ideſt, *quinque libri Pentatheuchi* legis, sive ut vertit Schilderus quinque quintæ partes legis. 2. In quibusdam canticis psalmis Job &c. Rithmus aliquis observatur, & aliqua ligatura sermonis: cujus priscæ leges jam ignorantur. De poësi verò recentiori late Genebrardus, Bellarminus, & Barthollocius post Eliam Levitam. 3. In Threnis, seu lamentationibus Jeremiæ ordine Alphabetico Hebraico aliquando triplicato (ideſt, per terna elementa) procedit: Quemadmodum poni & cani solent de more in lamentationibus talia nomina litterarum. Ibi tamen in capite 3. abnotavi contra Ordinem Alphabeticum positam esse prius litteram פ, quàm litteram ע sine ulla notatione marginali: quod mirum esse non desinit; sed potius casuale reor quàm mysteriosum. Similiter Psalmus centesimus deci-

decimus nonus apud Hebræos & 118. apud Latinos dicitur & est *Alphabeticus* : quippe per Octona elementa , totius Alphabeti litteras suis versiculis anteponit . Variatio autem numeri inter Hebræos simul atque Latinos inde provenit , quod Psalmus nonus apud Hebræos secatur in duos . 4. Quædam pars sacri textus tùm apud Danielem extat scripta characteribus quidem Hebræis , sed sermone chaldaico . 5. Non invenitur in canone Hebræorum Prophetia Baruch , Liber Sapientiæ , Liber Ecclesiastici , Liber Tobiæ , Liber Judith , & duo Libri Machabæorum (qui omnes extant Græce) sicuti etiam in Daniele bona pars capitis tertii & cap.13.usque in finem Hebraice non inveniuntur , sed ex Teodotionis interpretatione desumpta sunt . 6. Liber psalmorum, qui in vulgata circumfertur non est ex interpretatione S. Hieronymi , sed septuaginta Interpretum , eo quod eorum usus & cantus esset receptissimus ; apud Hebræos vero in quinque libros notis Rabbinicis divisus est . Ita 1. usque ad Psalm. 42. Secundus usque ad 73. Tertius usque ad 90. Quartus usque 107. Quintus usque in finem . Similiter in libro Job duas medietates indicant notis Rabbinicis scilicet in vers.16, cap, 22.

7. Tertio obſervanda ſunt nonnulla, quæ præter textum Hebraicum reperiuntur in Bibliis. 1. Circa titulos & citationes librorum ſolet eſſe varietas: nam alii libri (prout ſupra adverti poteſt) habent pro titulo primum verbum ut Bereſcith, alii Authorem ut Jeremias: alii materiam, & argumentum ut תהלים Theilim, ideſt, Pſalmi: alii a præcipuis perſonis, quarum fit mentio v. g. Liber Judicum. Quando vero præter titulum totius voluminis invenitur in ſiniſtra pagina ſupraſcriptum aliud verbum, illud eſſe ſolet unum ex illis magis ſignatis, quô lectio, ſeu ſectio incipit 2. Circa litteras, quæ vice numeri fungi ſolent; quadruplici tenore inveniuntur. Nam illæ quæ perpetuô ſitu occupant in capite, ſiniſtram paginam ſiniſtrorſum circa angulum, folia tomi deſignant. Secundo: litteræ minutiores quæ ad latus anguſtius ſeu margine breviorem paginæ de quinque in quinque unitates creſcunt intra quodlibet caput; verſiculos ſignant: non ſecus ac per Decades Virgiliani verſus numerari ſolent. Tertio. Litteræ illæ, quæ in latiori margine habentur, numerant caput currentis voluminis, atque cum litteris tituli numerus correſpondet. Quartò: quando vero titulus

tulus libri in ſuperiori parte gaudet duplici numero, aut littera ſeparata, dividitur ille liber in duas; & prima littera librum, ſecunda vero caput deſignat. Quando vero numerus quindecim ponitur, explicatur per טו ne Dei nomen יה uſurpetur. 3. Frequentiſſimum eſt in Hebræis Bibliis facere quaſi quandam diviſionem, & ſpatium capitis inibi triplicando, triplex *Pe* grandiuſculum ſic פ פ פ aut triplex Samech eodem ſitu ס ס ס circa quem morem. Nota 1. Tale quidpiam aliquando initio capitis; aliquando in medio capite uſuvenire. 2. Intra ipſum caput jam litteram ס jam litteram פ initio verſiculi reperiri. 3. Litteram ס denotare quid clauſum, & anguſtum. Litteram vero פ quid apertum & latum: quare pro verſiculis littera ס cingendum; littera vero פ dilatandum eſſe ſpatiolum denotat. In majoribus autem ſeparationibus, quas פרשיות *Perashioth* ipſi vocant, ponunt eamdem litteram triplicem, ſed nonniſi idem ſimiliter denotantem. Quare quidem fortè ad contrahendum aut dividendum ſuas lectiones legis, aut taxandas pauſas ſunt diſtributa.

8. Quarto margines textus Hebraici multa continent præter numeros jam relatas, quæ

quæ ab Hebraice ſtudioſo ignorari non debent. Igitur 1. dicendum eſt de קרי Keri *Lectio*, & כתיב Ketib *Scriptio*. Quæ verba denotant variam lectionem, ſcilicet verbum aliquod aliter ſcribi in textu, quod notatur quodam obelo, ſeu circulo ſupra vocem & aliter legi in margine, cujus ſignum eſt ק Circa quam varietatem legendi, & ſcribendi vix eſt quid liquidum; quia Thalmudiſtæ ajunt, fuiſſe revelatas Moyſi tredecim dictiones, quæ ſcriberentur, & non legerentur, & quæ legerentur, & non ſcriberentur. Rabbini poſteriores ajunt innumeras, quæ extant fuiſſe ipſi revelatas. Liber Rabbinicus *Tikon Sopherim* ſcripturas alicubi corruptas, & correctas eſſe teſtatur. Cabbaliſtæ totam ſcripturam ſine partitione dictionum fuiſſe unum tractum putant. Poſteriores jam Doctores has lectiones varias marginales tribuunt correctioni Maſſoretarum. An vero hæc fuerit correctio corruptionis; an ſana, ſed varia electio de fæcunditate ſanctæ linguæ profecta? Arias Montanus hoc ſecundum tenet quippe qui militat pro textu Hebræo incorrupto; Salmeronius vero multo pondere, & eruditione defendit primum.

mum. Id autem quod Bellarminus censet, scilicet, quod in hoc Keri, & Ketib solum notatur; quod vox marginalis legenda est cum eis punctis, quæ extant in textu, non tam certum videtur eo quod litteræ marginaliter interdum adjiciuntur, quæ non rite eidem punctuationi accommodari possunt. Quamobrem cùm sæpè notetur in margine superfluitas litteræ per vocem יתיר *Jather*; & defectus litteræ per vocem חסר *Hasar*, & aliæ transpositiones litterarum, quæ momenti sunt, observentur; potius opinandum est fuisse veras corruptiones, quæ observatæ sunt quibusdam in locis; licet propter reverentiam textus expuncta non fuerint loca correcta. Insuper si quæ littera in textu, grandiori (quod sæpe usuvenit;) vel minutiori, quod rarius, figura invenitur in margine; notari solet magna sic רבותי & parva sic: זעיר De quo posteà invenies item alias voces cum hac breviatura præcedenti ס״א ut indicet sic legi in alio libro & עכ quæ, *hactenus*, vel *hucusque* significant &c. fortasse indicantes; ubi terminanda, vel pausanda est aliqua lectio Moysis aut Prophetarum. Quoniam Hebræi suam legem, & Prophetas in lectiones divi-

divisam habent: quæ divisio in lege ostenditur per פ & ס triplicatum, ut monui; & in singulis his lectionibus, quas vocant פטרות titulum figunt in pagina sinistra, & sumunt de aliquo verbo posito in aliqua ex primis litteris cujuslibet separationis, seu פרשה *Parashac*. Non tamen sic faciunt in Prophetis, ubi nec separationes faciunt, nec titulum lectionis figunt in capite paginæ sinistræ; sed in utraque invariabiliter scribitur nomen Prophetæ, & solum ad marginem appingitur, ubinam sectio incipiat v. g. הפטרה ליום שני של ראש השנה *Hapetorah Leiom Sheni Shel Rosh Hashanah Lectio ad diem secundum principio anni* sine alligatione ad initium capitis; sed juxta partitiones suas & intra, vel post aliquem tractum apparent illa duo elementa ע״כ, quæ compendiose significat *hactenus*: Unde apparet, eò usque dumtaxat saltem uno tractu legendum esse. Et quidem harum omnium lectionum pro toto anno juxta consuetudines Sinagogæ, & Nationum ad finem tabulas texunt, ut videre est in editione Antuerpiana.

9. Quinto inveniri solent tam in fronte alicujus tomi, quam in fine alicujus voluminis tum aliquæ lineolæ Rabbinicæ: tum ali-

aliquæ etiam Hebraicæ. Priores quidem in fronte tomi apponuntur, typos, personam, & locum editionis indigitant; dum vero sunt in fine voluminis, nihil aliud significant, quam summam versiculorum talis voluminis diligenter collectam, atque subductam; necnon capitula, separationes, & divisiones diligenter observatas, & alias similes notationes cum aliqua fausta adprecatiuncula. Ad finem vero libri Job Rabbinico charactere dicitur: *Absolutus est liber Job laus Creatori mundi. Amen:* & ad finem Ecclesiastæ Rabbinico charactere repetitur sententia qua liber clauditur à grandiori littera ם dicendo nimirum. *Finem loquendi omnes audiamus. Deum time, & præcepta ejus custodi; quia hoc est omnis homo*, & duobus verbis sequentibus notas numerat. Litteras vero Hebræas, licet in fine Danielis numerales quoque observationes importet; tamen in fronte primi tomi opportunas de lege sententiolas pingit; atque in fine tertii tomi, postquam de opera typicâ Plantinianâ, & Bombergica testimonium ponit ad annum 320. in minori supputatione Hebræorum qui nobis est 1560.; Deo benedicit, *quia misericordiam suam non amovit in editione hac; nec eam impedire permissus est*

Sa-

*Satan, vel occursus malus*. Et alia similia, alibi minora, quæ typographum in sua editione constanter prevaluisse sine nocumento, aut impedimento pronuntiant. De quo tamen notandum est, quod sicut ad finem Ecclesiastæ de notis Rabbinicis resumitur quædam sententia; ita in fine Prophetiæ Malachiæ postmodum ponitur Hebraico charactere sine punctis illa eadem sententia quâ penè clauditur Malachias dicens. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & terribilis*. Et hæc de quibuslibet notatiunculis, quæ in Bibliis Hebræis ad textum Hebraicum appingi solent, ut Tyronibus forte deserviant.

## §. II.

### *De litteris quæ notabili figura, ac situ reperiri solent in textu, & de accentibus.*

1. PRæter superiora jam oportet, aliquid dicere de litteris majusculis, minusculis, suspensis, immutatis, & de Accentibus aliquid aperire, non tamen scrupulosè, & nugaciter ut Judæi solent in hujusmodi distineri. Igitur sæpe sæpius occurrit in voluminibus Hebraicis elementum ali-

aliquod pictura grandius, quod aliquid plane indicat, si non ab origine, saltem à dispositione, vel more Rabbinico vetustissimo, in quo licet mille nænias Hæbræi comminiscantur, singulis locis singulas fabellas accommodantes, id tamen rationabiliter præsumi potest alicubi factum eo fine, videlicet, ut aliqua sententia gravior vel absolute in se vel respective ad prisca tempora, personas, & locum magis animo hæreret. 1. Quia sæpe ea nota inveniri solet in sententia digna. 2. Quia id videtur nobis aperte dici, quando ad finem Libri Ecclesiastæ in textu Hebraico invenitur repetita illa sententia quæ incipit à grandiori littera ס & ait sic: *Finem loquendi omnes audiamus: time Deum* &c. Et similiter licet sine nota grandiusculi characteris sententia gravis repetitur in fine Malachiæ. Quod si alicubi crassus character appareat, quin memorabilis aliqua sententia persona, locus, aut tempus occurrat; id generalius asserendum est non defuisse; licet ignoretur; minimè verò cerebrosis minutiis aut næniis, quas consulto omittimus, implicandus est quisquam, ut Judæi faciunt qui in sola littera arescunt.

2. Secundo invenitur etiam numerorum

cap. 10.

cap. 10. verſ. 35. lit. נ inverſa in dictione כנסע & etiam נ ſuſpenſum in dictione מנשה ubi littera נ ſuſpenſa invenitur ſupra dictionem: de quô ſitû etiam Judæi ſibi creant magnum aliquod ſignificatum. Verumtamen irridendi ſunt: quippe ibi vel fortuita typorum mutatio primò originem dedit; vel ſi induſtrioſa; non eſt credenda niſi corruptim inducta à furfure Rabbinico, quaſi per reverſam litteram fugam inimicorum Dei declararent. Et *Nun* ſuſpenſum Judic. 18. verſ. 30. ut eam pro arbitratu legentes, ſub eodem verbo Moyſen, & Manaſſem accommodarent. Quod firmatur validè ex Joanne Terentio, qui, cùm referat Maſſoretas dicentes, Pſalm. 107. ſepties reperire *Nun* inverſum; ipſe obſervavit in tali Pſalmo nullibi *Nun* inverſum, & alicubi verſ. 25. & 28. quos citant; neque *Nun* aliquod reperiri.

3. Tertio Geneſ. 23. verſ. 2. invenitur littera כ minuſcula, ubi inducitur Abraham addeflendam Saram. Et hic ridiculi nugantur ipſi Rabbini, non ſecùs ac ſunt admodùm fabuloſi in conjectando myſterio ſuper quindecim vocibus, in quibus conſona contra morem ſupernè punctatur decies in Pentatheuco, quatuor in Prophetis, & ſemel in

Ha-

Hagiographis. Quorum insanias attigisse est satis, propter curiosos, sed contemnere præstat propter prudentes.

3. Quarto invenitur Isaiæ 9. vers. 7. ם finale pro Mem aperto in dictione לםרבה Lemarbeh, ubi sermo est de adventu Messiæ, & etiam Neemiæ 2. vers. 13. invenitur Mem apertum ubi deberet poni Mem finale & clausum sic אשר המ Ubi sermo est de Jerusalem habente muros disruptos. In quibus apparet aliquid commentitium: quippe Rabbini in Gemmara, in tam luculento loco Regni Messiæ Mem clausum poni interpretantur, ut omnia ea in suo Eczechia claudi, & impleri substineant. Unde constat, quomodò ipsi nedum comminiscantur sed forte etiam sibi cudant sua mysteria: Neque enim aliter credendum est homini serio, evenisse in substituendo Mem ruptum pro clauso, quando sermo est de diruptione murorum Jerusalem: quod tanquam inventum ingeniosum ab ipsis credi, & teneri non improbabiliter putandum est. Quàm autem fundatè hæc a nobis sint modo dicta, facilè credet quisquis Salmeronium proleg. 4. & alios Doctores de corruptione textus Hebraici legere velit. Quas omnes Rabbinorum quisquilias non gravatè transcurrimus

ſaltèm properante greſſu ne curioſitati diſcentium negotium faceſſerent; & ut vere amandent, negligant, & contemnant, quæ non niſi contemptu ſunt digna. Videantur ſi placet Joannes Terentius ad finem Grammaticæ Chaldaicæ, caute tamen cum ſit Heterodoxus, & non bene ſentiat de Doctoribus Pontificiis, & (caute etiam) Druſius in Judices cap. 18. pag. 140.

5. De Accentibus verò, qui ſunt alii apices in multimodâ varietate per tota Biblia Hebræa reſperſi, egerunt Elias Levita, Sebaſtianus Munſterus, Buxtorphius in theſauro ſuo lib. 1. cap. 5. pag. 28. & lib. 2. cap. 23. pag. 598. Joannes Terentius de recta lectione linguæ Hebrææ. Bellarminus, & quædam venuſtæ tabulæ ad finem ejus Grammaticæ adjectæ, & alii. Nos vero neque omnino rem perſequi volumus, neque omnino præterire. Non 1. Tum quia etiam in numero & claſſe talium Accentuum video diſſidentes Authores: tùm quia ipſimet Judæi teſte Bellarmino cap. 6. fatentur ſe propter ſua peccata de legitimis Accentuum ſedibus, & officiis ignaros eſſe. Atque reapſe credi eſt admodum facile, eâdem jacturâ qua priſca Poëſis eorum periit, muſicam quoque & germanos accentus quos vo-

vocant tonicos, simul interiisse: tum denique, quia cum nostra sententia sit, etiam in eorum vocalibus usurpandis moderatos, & non superstitiosos esse pro fine, videlicet, ad quem Sacras Scripturas indagamus; longe potior ratio est ad resecandam turbam accentuum, qui ad quadraginta circiter excrescunt: putamus enim, Rabbinos (notatos jam ut largos decimatores aneti, & cimini relinquendo graviora legis) in iis accentuum, imo & vocalium apicibus excurrisse largiores. In qua quidem opera habent sibi Hæreticos multum adstipulantes Fosteros, Buxtorfios, Terentios, Munsteros, & alios plures: qui cum verum spiritum exuerint; ad litteram toti se converterunt, accusantes catholicos de imperitia linguarum. Qui tamen homines infelices planè non vident nostros homines de Spiritus S. mensurâ linguas temperate excoluisse; eas tantum eo loco tenentes & ea manu tractantes, quæ lucem aliquam alicunde, adferant, & torturas suæ falsæ interpretationis nobis satis declarent: cujusmodi homines intra nos fuere quàmplures, & illustrissimi, ut Arias Montanus, Liranus, Pagninus, Sixtus Senensis, Galantinus, Genebrardus, & alii. Non vero a nobis tractan-

tur eæ linguæ ſub mille Grammaticationibus, & obſervatiunculis implexis, quæ in linguis vetuſtiſſimis, & ſepultis raro valent pluſquam cerebra hujuſmodi Philologorum: qui ſententias veræ pietatis deſerentes in hujuſmodi ſpinetis cruenti, & cruentantes lamentabiliter fatigantur.

6. Non 2. ſcilicet, omnino præterire hos accentus, ne potius ex ignorantia aut deſidia credantur omiſſi. Itaque revocanda huc ea quæ in Grammatica capit. 3. curſim attacta ſunt. Accentus eſt triplex Rhetoricus, videlicet, Muſicus, & Grammaticus. Rhetorici officium eſt vel ſyllabam retinere, & frænare, quod facit Accentus Metegh, qui eſt virga deorſum pendula ſub hac forma בָ vel ſyllabam protrahere ad aliam ut faciat Maccaph, qui eſt virgula tranſverſa ſic jungens כל־גוי Huc propter ſimilitudinem lineæ tranſverſæ revocari poteſt Raphe, licet non ſit Accentus nec pingi ſoleat, eo quod ſubintelligatur, ubi non eſt Daghes. De Mappic ſatis in Grammatica diximus. Eſt ergo figura Raphe in hunc modum בֿ quæ quidem notari debet pro Epiſtolis Judæorum curſivis, in quibus uſui eſſe ſolet pro voce Barbara ſuis characteribus declaranda: ſiquidem Raphe indicat ſubjectam ſibi litteram mol-

lius

lius pronuntiari debere. Accentus vero Muſicus & Grammaticus *Tonici* dici poſſunt; quia Muſicus tonum cantus; Grammaticus verò tonum pronuntiationis oſtendit: dividunturque in Reges atque Miniſtros. Reges illi ſunt qui quaſi poteſtatem habent ſupra ſpiritum proferentis dum ſic vel aliter eum ſiſtere jubent. Miniſtri verò, qui ſpiritum oris quaſi deferentes, & adminiſtrantes, orationem continuant. Quæ quidem officia præſertim tam multiplicia cum malè, & inutiliter diſcerni jam poſſint; præſtat tantos Reges, atque Miniſtros cernuo venerari ſilentio, & ad eos ſolum accentus, qui ſyntactici dicuntur, & periodos more noſtro diſtinguunt ſermonem convertere. Circa quos primus dicitur Soph Paſuk, vel Siluk qui eſt hujuſmodi בֽ figura non diſtinctus ab Accentu Rhetorico Metegh; diſtinguitur tamen ab illo: tum quia ubi duplex figura hujuſmodi invenitur prima eſt Metegh, ſecunda vero Siluk: tum quia ubi unica eſt ſemper eſt Siluk: tum quia Siluk in penultima & ultima ſolùm habet locum; & dum claudit periodum duo craſſiora puncta ſibi ſubnectit ſic: בֽ Secundus Accentus dicitur Athanach & eſt hujus figuræ ב֑; ſervit vero quaſi colon perfectum, ſive duo

 pun-

puncta nostra, licet non lege perpetua præsertim in Job, Psalterio, & Proverbiis. Tertius est Zakeph caton qui syllabam acuit, veluti præcedentes, & suprascribitur sic בּ֔ servitque quasi incisum. Quartus est Rebiah qui deservit distinctionibus minimis, & scribitur tanquam punctum cholem, sed non ad latus sinistrum litteræ; ne confundatur cum illo; sed supra medium litteræ, vel detrorsum sic בּ֗ב cum quibus accentibus satis distingui poterit clausula, periodus & oratio, quin reliqui accentus in textu interjacentes curam sibi demandent Doctoris Catholici. Quoad sedem vero horum accentuum an scilicet in penultima; an vero in ultima collocari debeant pro recta pronuntiatione; hæc brevis esto regula: quòd, scilicet, in verbis illic collocetur accentus ubi nos (hoc fine) in conjugationum paradigmate collocavimus. In nominibus vero ponetur in penultima 1. Quando finitur in Segol, vel loco hujus ponitur Patach, eò quod ultima, vel penultima est ח vel ע v. g. סֵפֶר פֶּסַח רֵעָה. Si vero ultima est ה etiam in ultima syllaba cum Segol ponetur accentus; nisi sequatur dictio monosyllaba, aut Millel, hoc est cum accentu

centu in penultima (nam Milra eſt quæ habet accentum in ultima, quod Hebræis frequentiſſimum eſt) 2. Quando ad Jod mobile ultimum præcedit *a*: vel quando ad Jod ultimum quieſcens in chiric præcedit cholem vel ſegol v. g. שֶׁבִי מִצְרַיִם קוֹשִׁי, tertio in his quæ terminantur in Vau Sciurec præcedente littera ה v. g. בְּהוּ Alioqui lectio Hebraica fert accentum in ultima. Et hæc de accentibus.

## §. III.

### *De Hebraica elucidatione per alios libros præſtita.*

1. PRæter dicta in hac diſſertatione pro Analyſi, & intelligentia textus Hebraici lubet pro uberiori eruditione aliquas notitias circa textum Hebraicum, & ejus Doctores quaſi præcipuas non prætermittere, ne aliquid ab ſtudioſis deſideretur. Igitur ſciendum eſt 1. Etiam de novo teſtamento aliquid Hebraicum reperiri, ſcilicet Evangelium Matthæi quod opera interveniente Domini Joannis Quinquarborei Pariſiis editum partim ſupra ubi de exercitatione, datum eſt. De eo vero meritò dubitatur, an purus, & germanus ſit; phraſiſque

Hebræa distincta est a veteri Testamento. Præterea totum testamentum novum (præter versiones Syriacas, Arabicas, Æthyopicas &c.) Hebraico charactere scriptum extat, licet Syro aut Chaldæo idiomate; & Græca quoque achatina interpretatione subnexâ. Sciendum est 2. In vetus testamentum dari quoque Paraphrasim Chaldaicam Hebraicè appellatam *Targum*: quod, si Libros attendas est triplex; scilicet Pentatheuchi, Prophetarum, & Hagiographorum, quos jam supra explicuimus. Si Authores consulas, etiam est triplex: quia Rabbi Onkelos fecit Paraphrasim Pentatheuchi; Rabbi Jonatan Paraphrasim Prophetarum priorum & posteriorum, & Rabbi Joseph Cæcus Targum Hagiographorum, quamvis circa hos Authores nonnullæ sint quæstiunculæ quæ videri poterunt in Serario in Prolegom. cap. 14. & in Opusculis cap. 16. Rabbini priòris, & apud Lucam Brugensem tractatu de usu paraphrasis Chaldaicæ. Si vero Targum dividas ratione stili aliud dicitur Babilonicum, aliud autem Hierosolymitanum, quæ tamen simul edita sunt Venetiis,& solo stilo & idiomate discrepant.

2. De Talmud verò 3. Sciendum est Tyroni, neque textum esse, neque Paraphrasim,

ſim, ſed corpus doctrinæ Rabbinorum: dividiturque in duas partes quarum prima dicitur משנה *Mishnah* ſeu *lex ſecunda*, ut ipſi vocant, quia eam putant oretenus acceptam a Moyſe in Sinai tanquam explicationem legis ſcriptæ; & quam primus litteris tradidit Rabbi Judas Anaſi alias Hakados, qui ad id ſapientes de omnibus regionibus congregavit anno 3949. Secunda pars dicitur גמרא Gemara quæ eſt expoſitio, ſeu gloſſa Miſnæ, & quam Rabbi Aſche, & Rabbi Rabbina addiderunt anno 4174. Dividitur in ſex Ordines ſcilicet. 1. De terræ naſcentibus. 2. De anni temporibus. 3. De Matrimonio. 4. De cauſis & judiciis. 5. De Sacrificiis. 6. De mundatione contaminatorum. Singuli hi ſex libri dividuntur in ſuos tractatus; rurſus in capite, quæ à primis dictionibus denominantur; & rurſus capita in minores conſuetudines aut ritus. Super Talmud edidit commentaria ad Miſnam *Rambam* ſeu Rabbi Moyſes filius Maimonidis; & in Miſnam, & Gemaram Rabbi Sinſon &c.

3. De Kabala Tyroni ſciendum eſt 4. quod eſt vox, ortum ducens a radice קבל *Kabal* ideſt accepit, unde *Kabala* idem eſt ac acceptio; & ejus correlativum eſt מסרת

Massoret, ideſt, *traditio*, quia Kabala nihil aliud eſt quam doctrina accepta per traditionem. Hæc ergo eſt triplex apud Judæos 1. Dicitur doctrina Patrum, quæ ab Adam oretenus traducta eſt ad poſteros, cujus vix extant ulla veſtigia niſi paucæ ſententiæ, quæ פרקי אבות Piske Aboth *capitula Patrum* inſcribuntur: cujuſmodi ſunt ſeptem illa præcepta Noe, quæ memorat Schilderus in radice צוה *Tſavah*. Secunda Kabula dicitur a Judæis Lex oretenus tradita Moyſi, quatenus hic in Monte Sinai ex ore Dei didicit legis expoſitionem; ne præcepta aliqui apparerent obſcura, & pugnantia. Hanc ferunt perpetua traditione uſque ad ſuum Talmud ſupra relatum perveniſſe, quatenus Moyſes Joſues; Joſue ſeptuaginta Senioribus: Hi Prophetis prioribus Samueli, & cæteris: Hi Prophetis poſterioribus: Hi viris Sinagogæ Magnæ: Hi ſuis Succeſſoribus uſque ad Talmud ubi has traditiones collectas dicunt. At quam fidem mereantur ipſæ traditiones oſtendunt. Tertia Kabala dicitur de myſteriis quæ recentiores Judæi in libris legis & Prophetarum ſibi comminiſcuntur, nugaciter obſervando & tranſponendo alicubi aliquas litteras, ut ea ſibi cudant, quæ volunt; dicentes v. g. Mundum dura-

duraturum ſex mille annis dumtaxat: quia in primo verſu Geneſ. א quæ *mille* ſignat, ſexies invenitur. Quod genus Kabalæ ſi ſiſtat in Anagramatiſmo ſolo res erit ludi, non omnino damnandi; ſi pergat ad concinnandas tabellas, erit ridicula & nocens; ſi demum Dæmon ſub hac larva ſuperſtitionis ſe contegat, execranda eſt. De hac Kabala ubertim diſſeruerunt Joannes Picus Mirandulanus, & Galatinus.

4. Denique aliquid ſciendum eſt Tyroni de Maſſora quæ idem valet ut nuper dicebamus ac מסורה *Maſſora*, ideſt, *traditio* ſeu doctrina ad poſteros ſine litteris tradita. Ubi quamvis videatur, quod explicata Kabala, Maſſora quoque explicata eſt propter correlationem; id quidem ex parte verum eſt; non tamen ex toto, quia *Maſſora* hæc non eſt ſine ſcriptura & litteris: Siquidem *Maſſora* nihil aliud eſt quam doctrina critica à priſcis Hebræorum Doctoribus circa textum Hebræum Sacræ Scripturæ operosè inventa, qua verſus, voces, & litteræ ejus numeratæ omniſque ipſarum varietas notata, & ſuis locis indicata eſt, ut conſtans & genuina lectio ſervetur; Itemque Scholia, ſeu annotationes, & obſervationes marginales textui Biblico adjectæ,

de

de quarumdam dictionum litteris lectione, numero, aliisque affectionibus. Quæ quidem cum prius oretenùs inter suos Doctores circumferrentur (unde Massoræ nomen advenit) postea litteris mandata sunt, & cæteris libris comprehensa per quosdam Judæos Tyberitas in urbe Tyberiade habitantes: qui inde Massoretæ compellati sunt, & quos aliqui ponunt ad sæculum quintum. Alii vero non ante sæculum nonum id præstitisse arbitrati sunt, De quorum opere scripsit Elias Levita opus quod inscripsit מסורת המסורת *Massoreth Hamassoreth*, ideſt *traditio traditionis*, quatenus ipse in suo libro tradit & edisserit quid olim præstiterint Massoretæ ne traditio suorum interiret. Et hæc de iis capitalioribus notitiis, quas tyro Hebraicus ignorare non debet. De aliis vero libris: tum Hebraice: tum Rabbinice scriptis præter indicem librorum mox secuturum; Julius Bartholoccius in sua Bibliotheca Hebræo-Rabbinica & Carolus Imbonatus in sua Bibliotheca Latino-Hebraica affatim satisfacient.

IN-

# INDEX

## LIBRORUM RABBINICORUM

### *EX GILBERTO GENEBRARDO.*

ארבע ועשרים גדול. Vigintiquatuor (libri Scripturæ) Magni. I. cum Commentariis, præsertim R. Selomo Jarchi. & R. Abraham Abben Ezra, Targhum Chaldaica, Massora majore & minore.

ארבע ועשרים קטון Biblia minora. I. sine superioribus commentariis minore forma.

חומש עם תרגום Pentatheuchum cum Targhum, sive Chaldæa interpretatione Onkelos.

ר. משה בר נחמן R. Mose Nahaman.

ר. לוי בן גרשון R. Levi F. Gershon.

ר. שלמה יצחקי R. Selomo Isaacides.

רבות עם חמש מגילות Rabboth cum quinque voluminibus *Rabboth*, vocant *Bereschit Rabba* q. Genesis magna (1. fusius explicata) Semoth Rabba q. Exodus magna &c. Quinque volumina, Cantica, Ecclesiastes, Ruth, Threnos, Ester, mysticè exposita.

צרור המור Tseror hamor, fasciculus Mirrhæ e R. Abraham.

מכילתא

מכילתא Mechilta. Commentarius quidam in Exodum.

ספרא Siphra in lege.

ספרי Siphre in legem. Aliquando citantur Siphræ Midrasim q. libri allegoriarum.

תנחומה Tanhuma, alias ילמדני Jelammedeni q. *docet me* com. in legem.

שאלתות Secltoth. Commentarii alii in legem.

פסיקתא Pesikta in legem.

ר. חזקוני R. Hizkuni.

עקדת יצחק Akdath Isaac q. ligatio Isaac.

מרכבת המשנה Quadriga Misnæ.

בחיי Bethaiiai.

תולדות יצחק R. Isaac Caru in Pentatheuchum.

ר.אקנאט Rakanat.

זוהר Zoar, liber cabbalicus. R. Simeon Ben Johai.

ציוני Tsijoni.

ילקוט Jalkut in tota Biblia.

מדרש שמואל Midras Samuelis.

מדרש משלי Midras Misle. i. Proverbiorum Salo.

חומש עם תמלות Genus Pentatheuchi.

ר יעקוב בעל הטורים ונמטר יאות R. Jacob Au-

Author ordinum, & numerationum Cabbalicarum.

פרפראות Parpharaoth. Collectio rerum ſubtilium.

ר אליה מורתי R. Elias Orientalis.

דרשותר. שם טוב Allegoriæ R. Semtob.

כפתולי על התורה Naphtuli ſuper legem.

מכלול Michlol. Grammaticum opus R. David Kimki.

שרשים Radices, lexicum ejuſdem.

ד יקרו קים Grammaticæ variorum.

מקנה אברם Mikne, (q.peculium) Abraham.

מתורגמן Methurgheman.Lexicon Chaldaicum Eliæ.

אוהל מועד Tentorium conventus.

מחברת עמנואל Mahbereth Emmanuelis.

אלימלך Elimelech.

קונקורדנצי Concordantiæ R. Nathan.

תלמוד בבלי Talmud Babilonicum.

תלמוד ירושלמי Talmud Hieroſolymitanum.

עין יע קיב Oculus Jacob, collectaneorum Talmud pars prior.

בית יע קוב *Domus Jacob* pars poſterior.

רב אלפס *Rab. Alphes* Epitomiſta Talmud.

שער השמים Porta Cælorum, R, Meir. de

de naturali hiſtoria animalium, mineralium Meteororum &c.

רבינו משה בר מיימון Rablenu Moſe bar Maiemon. Epitome Talmud lingua pure Hebraica.

ערוך Aruch Lexicon Talmudicum R. Nathan.

מורה נבוכים More Nebuchim q. Doctor dubiorum è R. Moſe Ægyptio.

מלחמותהשם Milhamoth Adonai q. Prælia domini e R. Levi Gerſonis F. contra gentes.

כוזרי Cozri e R. Juda Levita de converſione Regis Cuzar.

ראש אמנה Ros amana q. caput fidei.

ספר אמונות Sepher Emunoth q. liber veritatum.

חזות קשה Hazuth Kaſe:

עקרים Hikkarim q. radices, videtur eſſe R. Joſeph Albo de articulis fidei.

דרך אמונה DerechEmuna q. via veritatis.

אור עמים Or hammim q. lux populorum e R. Abdia. Species Phyſicæ.

אור ענים Or haniim q. lux pauperum.

ספר יצירה Sepher jetſira liber formationis, Abraham Authore.

שערי אורה Saare ora Portæ lucis, liber Cabbalicus.

מערכת

מערכת אלהות Maarechet elahuth q. ordinario Divinitatis.

מילת הגיוץ Miloth haggaijuts.

מבחר מפנינים Mibhar Mippeninim q. electio præ gemmis.

ספר הישר Sepher haijaſar q. liber recti R. Tam.

פרקי ר. אליעזר Pirke. R. Eliezer.

יוסיפון Joſiphon hiſtoricus.

ספר כריתות Sepher Kerithuth liber de repudiis.

נחלת אבות Naghalath Aboth q. *hæreditas Patrum*.

פירוש המשניות Perus hammiſnijoth. Expoſitio contextuum Talmudicorum.

אותיות ר עקיבה Othioth R. Akiba litteræ R. Akiba.

תשבי Tisbi. Lexicon Rabbinicum Eliæ.

ספר הבחור Sepher habbahur, liber electi Eliæ (de re Grammatica.)

ספר המספר Sepher hammiſpar Arithmetica.

מכתם לדויד Mictam le David.

לשון לימודים Leſon limmudim q. lingua Doctorum.

שערי תשובה Saare teſubà R. Jona de poenitentia.

פרי היגון Peri haijagon fructus laboris.

צרור עולם

סדר עולם Seder olam chronicon q. ordo feculi.

הליכות עולם Halicoth olam q. itinera feculi.

אגרת בעלי חיים Iggheret baale haiim. Epiftola animantium.

משלי שועלים Misle fualim parabolæ vulpium.

משל הקדמוני Meshal hakkadmoni proverbia antiquorum.

שער השמים Saar haffamaim q. portæ Cœlorum.

בן מלך והנזיר Ben melech vehannazir, filius Regis & Nazareus.

תולחת יעקב Tolahath Jacob q. vermis Jacob.

שערי הגמול Saare. hagghemul portæ retributionis.

מסעות ר. בנימין Maffahoth R.Beniamin. Itinerarium R. Beniamim.

מסכת פורים Maffecheth purim tractatus de fefto Phurim.

עבודת הלוי Abodath hallevi, de minifterio Levitarum.

אגרת הרמבם Igghereth harambam. Epiftola. R.Mofe ben Majemon, de Aftrologia.

ייחוס הצדיקים Iihus hatfadikim, ftemma juftorum.

מעין גנים

מעין גנים Manjan gannim, fons hortorum.

כבוד אלהים Kebod elohim, q. gloria Dei.

בן סירא Ben-Sira, ſententiæ Ben hiræ.

רשיעל ארבע ועשרים R. Selomo Jarhii in 24. libros Biblicos.

רשע על תילים R. Selomo Atanaja in pſalmos.

מימוני Majemoni Epitome Talmude R. Moſe Majemoni ſive F. Majemon.

סדר תפילות Seder Tephiloth, ordo precum genus Breviarii.

מחזור Mahzor, Genus Breviarii.

מלאכת הגיון Melecheth Iggaion, ars Logica & R. Simeon.

חכמת הכוכבים Hocmath hakkocabim. Aſtronomia.

תבנית השמים Tabnith haſſamaim, Sphæra è R. Abraham benhaja.

מלאכת המספר Melecheth hammiſpar. Arithmetica è R. Elia Orientali.

רוה החן Ruah hahen. Phyſica R. Joſeph Tibbon.

קבונקי Cabuenaki q. modius puræ farinæ R. quidam in Proverbia.

כלבו Colbo, liber explicans omnes ritus Eccleſiaſticos Judæorum.

Et

Et hæc de omni præceptione, & notitia Hebraica, & Rabbinica, quæ pro institutione collegi potuit.

Supponendo ergo quòd circa elementa Chaldaica, & Syriaca poterunt conducere Montanus, Munſterus, Mercerus, Ambroſius Jeſſeus in ſua introductione in linguas Orientales. Poſterius in Alphabeto duodecim linguarum; oportebit ultra Lexica Kinki, Pagnini, Reuchlini, Eliæ, Terentii &c. ſe exercere in Lexico Sebaſtiani Munſteri cui nomen eſt ערוך; in Vocabulario David de Pomis, & in Lexico Pentaglotto Valentinì Schilderi, & aliis in quibus pro Rabbinico ſermone ſit copia. De interpretibus vero Sacræ Scripturæ unum ipſe vidi inter alios, qui etiam ultra alios, præter veteres noſtros Montanum, & Abulenſem, in Rabbinicis valde verſatus eſt, ſcilicet P. Nicolaus Serarius. Vale.

*FINIS.*